PRACTICÆ MEDICINAE LIBER,

artificiosa & compendiosa methodo, præcipuorum capitis morborum causas, symptomata, & remedia exponens.

Authore D. Johnson.

Inuidia sibi, & alijs venenum.

Vana salus hominum.


Deus Verax est, & omnis homo mendax.

Quos diligit Dominus, hos castigat.



Excusum Londini, impensis
Iohannis Bayly.
1602.


MVSEVM
BRITAN
NICVM



PRACTICÆ MEDIdicinæ liber, de præcipuis capitis affectibus, siue Ægritudinibus.

IN memoriam reuocans sententiam illam, quam *Gall.* protulit libro de Prognosticis: scilicet, ineptum valdè esse, quæ breuibus possunt explicari, longiùs dicere: decreui omnia quæ in hoc opusculo dicturus sum, paucissimis (vt possim) verbis perstringere.

De Alopecia, Ophiasi, Caluitio, et Defluuio capillorum.

Capitulum. 1

Alopecia (teste Tralliano) est vitium, quo capillis fluentibus, caput nudatur, et glabrescit. Alopecia dicta, quoniam est morbus vulpibus familiarissimus, qui ἀλώπεκες Græcè nominantur: generatur verò ex vitio et corruptione humorum, vel per essentiam ipsius membri læsi, vel per consensum aliorum.

Alopeciæ descriptio.

Per essentiam membri læsi, aut quia intemperatum bonum alimentum transmissum corrumpit: aut quia proprio calore destructo, aut debilitato, membra vicina excrementa sua ad membrum affectum, tãquam ad partem debiliorem, expellunt: vt solet in humano corpore contingere.

Per consensum verò, quia humores multiplicantur in membris naturalibus, scilicet hepate, splene, et stomacho.

Causæ. Huius morbi causæ. { Vel pituita per adustionem salsa. Vel bilis. Et aliquando melancholia.

Signa. Oriuntur in capite aliquando, et in barba vlcuscula quædam exigua, densa, saniosa et rubra, pusillis papillis adsimilia, secundùm Auicennam in forma rotunda; secundum Celsum, sub qualibet figura dilatata, quæ si per essentiam membri læsi proueniant, non apparebit aliqua mala dispositio in reliquis membris: sin per consensum, e contra materia verò morbifica per colorem indicabitur. (Mont capi. lib. 1. cons.)

De Ophiasi.

Ophiasis descriptio. Ophiasis ita vocatur, quia cutim capitis serpit, instar conuolutionum serpentis, quem ὄφιν appellant.

Causæ. vt in Alopecia,

Signa. Ophiasis (teste Celso) ab occipitio incipit duorum digitorum latitudinem non excedens, ad aures verò duobus capitibus serpens, quibusdam etiam

etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant, scilicet, in forma oblonga.

Aliqui Auenzoar sequuti, pro differentia ponunt æqualitatem, et inæqualitatem: attamen ego ipse vidi et alopeciam, et Ophiasim radices pilorum inæqualiter amputasse: ideòq; Actuario consentio, nempe inæqualitatem conuenire vtrisque. Differentiæ inter Alopeciam & Ophiasin.

At Alopecia est morbus capitis et aliarum partium: Ophiasis autem semper capitis morbus.

Alopecia etiam in omnibus ætatibus accidit: Ophiasis rarissime nisi in infantibus.

Alopecia vix vnquam finitur sine ope et auxilio medici.

Ophiasis sæpiùs per se.

Celsus.

De Caluitio.

Caluitium dicitur depilatio anterioris partis capitis. Caluitii descriptio.

Siccitas et ariditas cutis (teste *Gall.*) aph. 28. sect. 6. aph. 69. sect. 5. Vnde constringuntur meatus, vt pili promptè erumpere nequeant, deficítque alimentum, vnde prorumpentes alerentur. Causa.

Defectus pilorum in sincipite satis manifestè morbum demonstrat. Signum.

De Defluuio capillorum.

Defluuium capillorum est defectus pilorum capitis vniuersus, generatúrq; vel vitio cutis, vel vitio materiæ.

 Si vitio

Signa. Si vitio cutis, tunc accidit aut propter raritatem et humiditatem, præcesseruntq; causæ humectantes, et rarefacientes, et apparebit mollities cutis, et capillorum.

Aut propter siccitatem, et densitatem: vnde aderunt signa planè contraria.

Si verò vitio materiæ contingat, tunc aut propter defectum, aut propter corruptionem accidit.

Si propter defectum, præcessit vel immodica aliqua euacuatio; vel immoderatus coitus, vel morbus diuturnus.

Si ob corruptionem, præcesserunt, vel adsunt morbi qui occasionem præstant, sicut morbus *Gallicus*, vel similis.

Differentiæ. Inter Alopeciam, Ophiasim, Caluitium, et Defluuium capillorum hæ sunt differentiæ.

Alopecia & ophiasis ex deprauatis succis oriuntur, & cum areis.

Caluitium, & defluuium capillorum propriè sumptum sine vlcusculis.

Caluitium ex siccitate & inopia materiæ; & est defectus pilorum præcipuè in sincipite.

Defluuium capillorum est vniuersus defectus proficiscens & ex siccitate, & ex humore redundante, & prauitate humorum.

Prognost. Alopecia recens, si medicamenta congruentia adhibeantur, facilè sanatur: inueterata difficillimè aut nunquam: secundùm opinionem vulgi medicorum, nunquam: tamen aliquam vidi, quamuis multas vidi, & hoc instanti vnam curatam in manibus meis habeo: quin sequentibus medicamentis

tis ceſsit : modus autem cognoſcendi rebellem Alopeciam, eſt mutatio coloris cutis, ſi fricetur: ſi enim per moderatam frictionem fit aliquantulum rubra, vel citrina, & calida, bonum portendit : ſi verò non, aut vix mutetur cutis, morbum difficiliorem fore demonſtrat.

Ad curandam igitur Alopeciam, vel Ophiaſim, præſertim inueteratam, neceſſarium eſt totum corpus evacuare, & eò magis ſi per ſympathiam oriatur (teſte *Gall.*) 3. Methodi. vbi irridet methodicos, qui oculum curaturi, non purgabant totum corpus, quod in omnibus particularibus eſt faciendum, paucis exceptis, iiſque morbis peracutis. curatio.

Expietur igitur corpus illis vitioſis humoribus, qui materiam & fomentum morbo ſuppeditant, niſi ſit in infantibus, quos curare ſufficiet abſtinentia: ideòque tutiùs eſt à Pharmacis abſtinere: pueri vero grandiores his vel ſimilibus purgandi ſunt : ℞. pilula coch. Rhaſis ϵij. vel de hiera cũ agarico ʒ 1 Adoleſcentes verò & natu maiores ſequentibus. ſcilicet ℞ confect. Hamech. ℥ß. ſirupi roſati ſoluti ui ℥ iiij. aquæ bethonicæ. q ß. fiat potio. Auicenna.

Vel ℞. electuarij. Hieræ, Diacolocinthidos, Diacatholiconis ana ℥ß. fiat bolus.

Vel ℞. pilularum coch. Rhaſis, ℈ 4. vel pilula aggregat. Meſue. ʒ 1.

Multa deſcribuntur quæ huic morbo inſeruiunt, aliquot autem remedia hoc in loco proferam, quæ egomet ſæpius magno cum honore, & vtilitate ægrotantium expertus ſum, & omnia alia ab authoribus deſcripta, de induſtria ſilentio præteribo. topica.

Inprimis igitur per quatuor aut quinque dies, posteaquam materiam morbificam per pharmaca diminuerim, ſolitus ſum præraſo capite, bis indies locum affectum cum vrina vaccina tepefacta lauare, & fortiſsimè fricare, quibus diebus tranſactis, (capite quotidiè loto & abſterſo) fricetur locus morboſus ſcilla fortiſsimè, & ſequenti vnguento inungatur, & veſica bouis arida contegatur.

Vnguenti deſcriptio.

In debili & recenti.

℞ ſulphuris viui ℥ij. ſalis amoniaci vſti ʒi. pinguedinis porcinæ ſine ſale quantum ſufficit ad excipiendam predicta, fiat vnguentum.

In fortiori & magis inueterata.

℞ ſulphuris viui. ℥ij. alcionij vſti ℥ß. axungiæ. a rotis curruũ deraſæ: & in manu emollitæ q.ß. fiat vnguentum.

In morbo validiſsimo.

In morbo validiſſimo ſolitus ſum vti ſcarificationibus cutis capitis vt materiam morbificam liberaliús poſſit effluere, iuxta conſilium Arnaldi, & Auicennæ: cum enim magnæ ſint ægritudines, ſi á leuioribus incipiamus, paramus ægroto longum interitum: extremus enim morbus extremum requirit remedium, (teſte *Hipoc.*) Scarificatione autem facta, locum morboſum humecto cum viridi oleo vitrioli (cuius vires qui non norit vt inquit *Paracelſes*, non eſt dignus vocari medicus) cui miſceo parum olei ſulphuris, et quia hoc medicamentum ſemper ſatiſfecit expectationi meæ, ideo plura non quæſiui: qui vero plura deſiderat, Legat Ætium, Celſum, Trallianum, Arnaldũ, & multos alios, qui remediorum formulis tument.

Gal. 5. metho.

Caluiti-

Caluitij cura.

In ſenibus nunquam curatur, in alijs difficilimè, neq; vnquam aliquem ſanatum vidi, commendatur verò ab authoribus linimentum ex ladani parte vna olei lentiſcini partibus duabus, vel in maxima raritate cutis mirtini, ſi vero pharmacum craſſius adhibeatur, radendi ſunt capilli, ſi liquidiùs, detondendum eſt caput. Hip Aph. 24 ſect. 6

Defluuij curatio.

Si fiat vitio cutis, quia laxior vel humidior, vtendum eſt adſtringentibus, vt exempli gratia. ℞ foliorum mirti: foliorum rubi ana M.j. gallarum immaturarum ℥ij. ſtercoris columbi ℥j. bulliant in lixiuio ex cineribus sarmentorum vitis confecto: & cum hoc lixiuio lauetur caput, & poſtea inungatur oleo lentiſcino, & mirtino: & hoc medicamento reſtitui quendam *Thomam Richardſon* nominatum, anno *D*omini 1583. ad priſtinam ſanitatem, cuius capilli ex antedicta cauſa in magna copia decidebant.

Si vero defluuium ſit ob denſitatem cutis, multùm conducit, caput abluere cum aqua ſalſa, vel alterata cum alcionio.

Si verò à ſiccitate, & inopia alimenti, reficiendi ſunt optimè nutrientibus & humectantibus: capútq; humectandum eſt hidrælio, in cuius ℥.1. imponatur ladani. ʒ.1.

Si

Si verò ex deprauatis ſuccis oriatur, vt in morbo gallico, adhibenda inprimis ſunt, quæ morbum gallicum reſpiciunt, deinde vtendum oleo illo montanico, quod uaries expertus ſum.

Compoſitio hæc eſt ℞. Myrrhæ electæ, ladani ana ℥. 2. foliorum & baccarum mirti, capillorum veneris, florum liguſtri, ana M. 2. contundantur omnia per ſe, miſceantúrq; deinde ℞. olei amigdalarum amararũ, ſeſamini de alchanna, ana ℥vj. miſceantur, & fermententur in vaſe fictili, ſtricti orificij in fimo per ſpatium menſis: deinde repoſitis in idoneo vaſe, diſtillentur, & ſeperetur oleum ab aqua per infuudibulum, & ſeruetur vtrúmq;, ambo enim optimè inſeruiunt ad reſtaurationem pilorum poſt morbum gallicum, ſi caput obliniatur.

De dolore capitis.

Inprimis eſt ſciendum, nihil hcc in loco dicendum eſſe de dolore ſymptomatico, vel critico, in morborum vigoribus, vel declinationibus accidente, ſed de ipſo dolore reſpectu ſuæ ipſius vehementiæ auxilium poſtulante.

Duas præcipuè ob cauſas, ſæpiſsimè dolet caput, nempe ob temperaturam, & ſitum.

Ob temperaturam, quia frigidũ & humidũ eſt, atq; ideo multis excremẽtis neceſſariò abundat.

Ob ſitum, quia in ſuperiore parte ſcituatum, exhalationes, & vapores, à partibus ſubiacentibus recipit: quo fit, vt qui calidiore ſunt iecore plerúmq; ſubiiciuntur dolori capitis, (teſte *Gall. 3.* de differen-

differentijs morborum) quia meatibus à calore dilatatis, iecur ardeſcens, vapores ſurſum facilius euomit.

De Cephalalgia.

Cephalalgia complectitur vniuerſum capitis dolorem, eſtq; grauis affectus, & dolorificus, aliquando totum caput, aliquando tempora ſolummodò, aliquando occipitium tantùm, modò vnam partem, modò alteram infeſtans: continétq; ſub ſe cephaleam, & hemicraniam, affectus valdè graues, & ægrè cedentes, quos quia non requirunt aliam medendi viam, quàm quæ ſub hoc capitulo deſcribetur, (niſi forſan aliquantulum fortiorem) ſub Cephalalgia hoc in loco comprehendam. Cephalalgia quid.

Cephalia igitur, generatur vel per primarium affectum capitis, vel per conſenſum membrorum ſubiacentium, vel per vtrunq;. Unde generatur.

Morbi verò materiæ vel { Sanguis, Bilis, Pituita, Melancholia. Materia morbifica.

Aut vapores ex his vel aliquibus horum orti.

Si per eſſentiam vexentur aliqui dolore capitis: grauitatem & perſeuerantem dolorem patiuntur, (quiq; nullo errore precedenti ſuperueniet) & maiori ex parte ob læſionem ſenſuum, ſanum enim eſt membrum, cuius operationes ſunt ſanæ, & è contra, ſi *Gal.* fides ſit habenda. Signa. per eſſentiam

Qui verò per conſenſum ægrotant, in operatio- per conſenſum

nibus vigent, neq; continuò dolent, neq; continuam grauitatem percipiunt, nec nisi præcedenti cruditate, vel errore in victu, vel cibo assumpto malè se habent.

Qui verò & per primarium capitis vitium, & per sympathiam, dolore capitis corripiuntur, hi particularium membrorum inæqualem temperaturam plerumq; patiuntur.

Si a Sanguine

Si verò ratione sanguinis, quis dolore capitis tentetur, hoc fit, vel quia sanguis quantitate sua opprimit, vel qualitate praua caput malè afficit, vel vtrisque offendit. Si quantitate lædat, distinguendus est dolor per grauitatem, dolorem tensiuum, calorem, rubedinem, habitum corporis plethoricum, victum pleniorem prægressum, vel solitarum euacuationum suppresionem, vrinam, rubram, crassam & pulsum maiori ex parte magnum.

Si qualitate infestet, aderunt signa, secundùm inclinationem sanguinis ad aliquem aliorum humorum.

Si ab vtrisque, commixta erunt symptomata.

Si a Bile.

Qui verò ob bilis acrimoniam ægrotant, hisce signis deprehenduntur, scilicet, per dolorem mordacem, oris amaritudinem, faciei pallorem, caliditatem cutis circa caput, calidiorem temperaturam, vitam cum curis transactam, vel continuam moram circa ignem, (& quod infallibile est signum) quia nullam grauitatem sentiunt ægri, tenuis enim & calidus succus quemadmodum

modum bilis, (*Gal*. teste) grauitatis est expers, pulsum etiam velocem habent, cum graui siti & (secundum aliquos) dolorem frequentiùs in dextra parte capitis patiuntur.

Pituita. Si verò pituita dolorem pariat, somnolentus est æger, grauitatem cum dolore persentiscit, præcessitq; victus pituitosus, nec non vita ociosa, dolórque obtusus erit, color verò faciei albus erit, cum frigiditate temporum, hebetudine sensuum & totius corporis pigritia.

Melanchol. Si verò à melancholia oriatur dolor, qui tamen rarissimè accidit, (testibus melancholicis) nisi inmorbo Gallico, aderit plumbeitas siue liuiditas faciei, corruptio sensuum, &c. Et secundum aliquos, dolor frequētiùs erit in parte sinistra, eritq; pulsus paruus, & durus, vrina subtilis, ad claritatem tendens, vigiliæ.

Per consensum. Qui verò per consensum dolore capitis vexantur, vt exempli gratia per communitatem stomachi, iecoris, splenis, matricis, aut totius ambitus venarum: aut propter os ventriculi malè affectum grauantur, vnde fastidio cibi, nausea, stomachi angore, & vomitu vexantur.

Aut propter fundum ventriculi imbecillum, vnde sentitur grauitas, & quasi onus premens, maiorémque quantitatem cibi appetunt, quàm concoquere possunt, peius enim se habent cibo assumpto, quàm inani ventriculo, cum enim crassus humor quietus in imo ventriculi resideat, nihil aut modicum negotij

 facessit,

facesſit, iniecto vero cibo irritatus, peior & molestior euadit, craſſum autem humorem dico, quia acres & tenues vix poſſunt è ventriculo efflare, quin ſua leuitate os ſtomachi petant, idque laceſſent, bilioſiq; humores in ventriculo efferueſcentes, aſſumpto cibo quieſcunt.

Aut quia materia imbibita in tunicis ventriculi, caput vaporibus ſuis ferit, vnde nauſeabundi fiunt ægri, dolor vero eorũ pungitiuſus erit, (ſi materia ſit acris) & plurimùm ab anteriori parte capitis oritur dolor, declinátq; ad mediam, aliquando etiam in occipite incipit, propter ſitum æſophagi.

Arcul.

Gal. 2. artis medic.

Aut ratione hepatis calidioris, quod prodit latitudo venarum, cum calore manuum, & plantarum pedum, præcipuè poſt cibum; orta enim atteſtantur ſuis principijs.

Gal. 5. de locis affect.

Aut vitio ſplenis, (vt plerumq; fit) ſcilicet cum ichores melancholici ex eo in ventriculum effluunt, vnde excitantur ſymptomata melancholica, vel vitio totius ambitus venarum, cum nimis incaleſcentes obſtruantur, vnde flatus, & (niſi corpus valde ineptum ſit) melancholia hypochondriaca.

Si verò à matrice mulier aliqua dolore capitis tentetur, in his aut retinentur, aut diminuuntur menſtrua, aut præceſsit aborſus ſiue partus.

Quoad

Quoad curationem.

Si præ copia offendat, ſanguis neceſſariò venæ ſectione euacuandus eſt, nullo reſpectu temporis habito, ſed virium ægroti, imbecillis enim viribus detractionem partiri præſtat. Qui autem ſanguinis miſſionem retardant, aliquando pro morbo mortem inducunt, cùm ſanguis regurgitans inflammationem cerebri et membranarum pariat, neceſſitate autem non vrgente aluum enemate in primis ſubtrahere, deinde venam aperire, inconueniens non eſt. E Sanguine.

℞ maluæ, biſmaluæ, violarum ana M. j. mercurialis, betæ albæ ana M. ß. ſeminis lini, fænugræci ana ℥ß. ſeminis aniſi ʒij. fiat decoctio in colaturæ libra j. diſſolue diacathol. ℥. jß. olei violati, mellis roſati ana ℥ iij. miſce. Clyſteris deſcriptio.

Clyſtere autem dato, & vena ſecta, vtiliſſimum eſt frontalibus vti: vt exempli gratia.

℞. foliorum roſarum ſiccarum M. j. florum chamomillæ, M. ß. imponantur in ſacculo lineo, & bulliant in aceto, & aqua roſarum, vaſe clauſo: poſtea verò fortiſſimè expreſſus applicetur ſacculus fronti, & temporibus: ad ſomnum vero conciliandum ſolitus ſum vti gra. 4. confect. ſequentis. Frontale.

℞. extractionis hyoſciami albi ʒij, opij thebaici cum ſpiritu croceato ſine ſpeciebus extracti ʒß. mummiæ puræ ſine fæcibus ʒj. gemmarũ ſolutarum ʒß. tincturæ ſpecierũ diambræ per ſpiritum ardentiſſimum extractæ ad ſpiſſitudinem mellis, Confectio ſomnifera.

ʒß. ſpecierum diamoſchi dulcis ʒj. lapidis bezoar ℈j. miſceantur in idoneo vaſe, deinde irrigentur, cum olei cinamomi ſufficienti quantitate, & cum febrili calore ad iuſtam conſiſtentiam cogentur. neque poteſt aliquid melius ſiue ſecurius excogitari: ſæpius enim antedictum medicamentum probaui magno cum honore, et amicorum meorũ conſolatione.

E qua vena autem ſanguis detrahendus eſt, quamuis vnicuiq; medico bene notum ſit, attamen vt officio meo ſatiſfaciam, illud etiam in hoc loco oſtendam,

Si igitur totum corpus ſit plethoricum, idq; in eximio gradu, aperienda eſt vena mediana, ne ſi cephalicam tunderemus, maiorem quantitatem ſanguinis ad locum attraheremus, quàm per vires ægroti adimere poſſumus, ſecuriùs ideò ſecanda eſt mediana, quæ et ad reuultionem & ad deriuationem inſeruiet.

Si vero ſanguis circa caput ſolummodo peccet, aperietur cephalica.

Si pôſterior pars capitis e plenitudine doleat, aperietur vena in medio frontis.

Bils. Qui verò ob bilis acrimoniam ægrotant, in hunc modum ſunt tractandi.

In primis detur hic vel ſimilis clyſter: R. maluæ, violarũ, mercurialis: ana M. j. lactucæ, cucurbitæ ana M. ß. ſeminis aniſi ʒj. in colaturæ libra: diſſolue ſpecierũ hyeræ ſimplicis ʒß. electuarij, lenitiui, ʒj. olei violati, mellis violati, ana ʒ. iij. fiat clyſter.

Si verò vehemẽtiſſimus ſit dolor, ob euẽtilationẽ,

vena

vena cephalica ſecanda eſt: parcè tamen, et paruo cum orificio; quia ſanguis frænum bilis: aliqui tamen ſuadent venas ſub lingua aperire, his ex arte factis applicetur frontale aliquod fronti, et temporibus: vt exempli gratia, ℞. olei roſati, vel nenupharini ℥j. aceti, aquæ roſarum: ana ℥ß. deindè ad prouocandũ ſomnum vtere gra. 4. antedicti cõpoſitionis: vel ſi huius copia non ſit, vtere ſequenti. ℞. ſirupi violati ℥ß. aquæ lactucæ ℥ij.

Vel ℞. diacodij ℥iß. aquæ lactucæ ℥ij. Sed ſi dolor hiſce remedijs nõ cedat, purgetur bilis in hunc, vel ſimilem modum: ℞. florum boraginis, buglosſi, violarum, cichorei: ana P. ß. tamarindorum pinguium ℥i. prunorum numero 5. bulliant in aquæ endiuiæ libra j. ad tertias huius accipe ℥iij. diachatholiconis ℨvj. electuari j ſucco roſarũ ℨij. ſirupi roſati ſolutiui ℥j. fiat potio: vel ℞. rhabarb. electi ℨiiij infunde in aqua endiuiæ, facta diligenti expresſione, adde electuarij de ſucco roſarum ℥ß. mannæ electæ ℥j. ſirupi roſati ſolutiui ℥iß: fiat potio.

Vel ℞. pul. rhab. electi ℨj. elect. de ſucco roſarum ℨiß. trochiſcorum de violis, cum ſcammonio ℈j. floris caſſiæ nouiter extracti ℥ß. miſce cum ſaccaro: fiat bolus.

Vel ℞. pilularum aurearum ℨj. diagridij. gra. 5. cum ſirupo roſarum: fiant pilulæ V.

Qui verò ob pituitam capitis dolore tentantur, in hunc modum medicandi ſunt. Pituita.

Inprimis inijciatur longè a paſtu, hoc vel ſimile enema.

℞. mal.

℞. mal. bismal. mercurialis ana M. j. florum chamomillæ, meliloti, anthos, stæchaidos ana P. j. seminis anisi ℥ß. agarici in panno lineo ligati ʒij. in colaturæ libra j. dissolue specierum hyeræ rufi ℥ß, mellis rosati ℥ ij. oximellis scillitici ℥ j. olei chamomelini ℥iij. fiat clyster.

Hoc enemate dato præparandum vlteriùs est corpus, per tres vel quatuor dies, his vel similibus medicamentis. ℞. decoctionis hissopi, bethonicæ, melissæ ana P. ß. florum cordialium, ana P. j. seminis anisi ʒiij senæ orient. ʒ. ix. bulliant omnia in duabus libris aquæ, ad ℥ ix. pro tribus vicibus huius: ℞. ℥iij. sirupi rosati solutiui cum agarico ℥iß. fiat potio pro vna vice tribus diebus in hunc modum præteritis, purgetur ægrotus in sequentem vel similem modum. ℞. agarici ℈ iiij. Rhab. ʒi. infunde in decoct. fructuum additis. ʒij. senæ, in horum infusione dissolue mellis rosacei solutiui, ℥. iiij. fiat potio.

Vel ℞. ℈ iiij. pilularum cochiarum Rhasis: vel cum pilulis de hyera cum agarico, vel cum ʒvj. diacartami, siue diaphæniconis in idoneo liquore dissolutis.

Loco vero dolenti suppone cubebas contritas, & aqua rosacea aspersas, vel milium cum sale mixtum, super tegulam calefactum, & vino albo siue aceto irroratum.

Vel oblineatur locus dolens, trochiscis de castoreo, a Rhasi descriptis, & in vino veteri dissolutis, cuius compositio hæc est. ℞. castorei, euphorbij, piperis, sinapis, rutæ, marrubij ana partes

æquales

æquales, pulueriſentur & conſpergantur vino veteri, & fiant trochiſchi, poſtea verò de ſiccentur.

Qui verò ob melancholiam, dolore capitis affligitur, hos purgare decet confectione hamech, cum decoctione epithimi, & florum cordalium: vel cum ℈j. elebori nigri; more chimico extracti, cum infuſione ſenæ & epithimi: & hoc expertiſſimum medicamentum eſt: *Arculanus* deſcribit etiam medicamentum ſanè multum conducibile. Melancholia. Folio 27

Sed ſi per conſenſum oris ventriculi, & materiæ bilioſæ, per vomitum expurgandus eſt ægrotus: dummodo nec phthiſicus, nec morboſus circa oculos, nec anguſti ſit pectoris, nam propter ſubtilitatem, & mobilitatem materiæ, facilè euacuatur.

Stomacho (vt antea dicitur) inanito comfortandus eſt ſtipticis, vt cum ſirupo de ribes, de agreſta vel buccella panis, immerſa in aliquo horum, et ante cibũ exhibita, neq; vllo modo tolleranda eſt fames. Et quanquam aliqui hortentur ſtomachũ in hoc caſu curare nihil capiti faciendo, intelligendi ſunt, quaſi dicerent nihil capiti faciendum eſſe, vt membro principaliter affecto: vtiliſſimum autem eſt corrobarantia applicare, ad comfortandum cerebrum, ne vlterius recipiat, quod bene proficitur vſu huius electuarij intro aſſumpti, ad quantitatem ℥ß. per tres horas ante cibum, et tres horas a cæna, in introitu lecti: compoſitio hæc eſt, Gal. Auicenna. Trinca.

℞. conſeruæ florum boraginis, bugloſſi, roſmarini, ſacchari, roſarum mirabilanorum, chebul. emblic. conditorum, corticum citri conditorum, ana

ʒj. cum ſirupo de rhibis: fiat electuarium.

Paracelſes verò hanc doctrinam arridens, has ſtomachi anxietates e tartaro reſoluto prouenire affirmat, qui in finibus ſtomachi exiſtens, fel attrahit et quia duo aduerſa ſimul eſſe nequeunt ſine tumultu, inde ſequitur vomitus, proponitque medicamentum liquoris viticellæ, ℥iij. rubedinis de colcothar ℥ij. cuius doſis eſt ʒß. in vino bono; & profectò confiteor, me citò, tutò, & iucundè curaſſe multos, hoc ſolummodo medicamento.

lib. 2. de morbis ex tartaro.

Si vero materia ſit in fundo ventriculi, præmiſſo aliquo lenitiuo extenuandus eſt humor craſſus, his vel ſimilibus: ℞. aquæ bethonicæ ℥iij. mellis roſati, oximellis ſimplicis, ana ℥i. fiat potio: capienda ieiuno ſtomacho, ſecundum conſuetudinem, ſecundum iudicium præſentis medici, præparato verò corpore in hunc vel ſimilem modum purgetur. ℞. foliorum ſenæ ʒij. polipodij, epithimi, ana ʒi. paſſularum, radicis dulcis, ana ʒij. florum boraginis, bugloſſi, violarum, ana ʒj. prunorum ſebeſten, ana iiij. fiat decoctio in cuius ℥iiij. diſſolue confectionis hamech ʒv. ſirupi roſati ſolutiui ℥iß. fiat potio nec ſufficiet vnica purgatio ſed altera atq; altera.

Si verò e materia in tunicis ventriculi imbibita, proueniat dolor, multum proficiet creber vſus aloes; aut hyeræ picræ, aut abſinthij diluti, ſed reuera, multo præſtantius reperietur antedictum medicamentum *Theophraſti Paracelſis.*

Tral.

Qui verò ratione iecoris calidioris, capitis dolore

lore afliguntur, hi per venæ ſectionem curandi ſunt.

Qui verò & per comunitatem ſtomachi; & hepatis laborant, ſtomacho ſcilicet frigidiore exiſtente, hepate vero calidiore, in hunc modum ſunt tractandi.

In primis, expurgandi ſunt blandis medicamentis, ſicut caſſia cum ſpeciebus hyeræ, vel rhabaro, cum ſaccaro roſarum, vel cum ſirupo roſato ſolutiuo, et aliquando cum hyera diacolocinthidos, vires enim ventriculi non deiicit, neque hepar multum calefacit: *Gal.* enim 2. de victus ratione vbi febris remiſſior erat in pleuritide conceſſit hoc facto, calfaciendus eſt ſtomachus cum diatrion pipereon in forma pilularum, capiend. ℈j. ante cibum per horam, & inungendus eſt ventriculus exterius, cum oleo nardino, maſtichino, et de mentha, cum aromatibus, vel cũ emplaſtro ſtomachico galeni, pro nobilioribus verò paretur emplaſtrũ ex oleo de floribus arant. ℥j. mannę belzoniæ ʒ i ß. gariophilli, macis, ana ʒ ß. ladani optimi ℈ij.

Si verò ratione ſplenis (vt plerunq; fit, teſte *Gal.* 5. de locis affectis) purgand. eſt ſplen, vel deoppilãdus et coroborandus, prout cauſa poſtulat.

Si verò a matrice fiat dolor, recurrendum eſt ad medicamenta morbo appropriata, et in propriis capitulis deſcripta.

Si ex obſtructione, vel nimia calefactione totius ambitus venarũ deoppilãdæ ſunt, et refrigerãdæ, et per venæ ſectionẽ, et purgationẽ, vt poſtea oſtendetur, cùm de flatu hypocondriaco ſermonẽ

habemus Sed quia aliquando ex alijs causis,quàm antedictis doleat caput: nempe et a spiritu flatuoso, & ab intemperie calida, vel frigida: vel a siccitate, vel ex ictu,siue plaga,vel ebrietate: ideo pauca de his dicenda esse necessarium puto.

Signa Si verò a spiritu flatuoso grauetur caput, dolor tensiuus, absque grauitate, vel pulsu, molestat, et fit permutatio doloris, a loco ad locum.

Si verò ab intemperatura calida, male se habet caput, apparebit leuis quædam rubedo circa partes capitis,oculorum, & faciei: gaudetq; ægrotus frigidis perfusionibus.

Si ab intemperie frigida proueniat dolor,contrarijs signis deprehendetur, nempe a quouis interno siue externo calore sedabitur dolor.

Qui vero ex siccitate laborant, sunt vigilantissimi, et molestantur tumultuosis imaginationibus, non sine animi deiectione, precipuè si humor sit melancholicus.

Si ex plaga,manifestè apparebit occasio,nec nõ inflammatio: vt *Gal. 2.* de compositione medicamentorum secundum locos apertissimè demõstrat

Si ex ebrietate,nimia vini vel potus ingurgitatio præcessit.

Si a spiritu flatuoso in ipso cerebro, fiat leuis e-
Cura uaporatio, cum milijs et floribus chamomillæ, in sacello torrefactis.

Trib. Si ab intemperie calida, vt ab æstu, sufficiet sinciput rosaceo inungere, vel in vehementi dolore, parum succi portulacæ addere, (si in viris) si vero in pueris siue mulieribus chamomelino:

nullum

nullum autem purgans medicamentum qualecunq; conuenit.

Si verò quis à frigore, capitis dolore vexetur, satis est caput oleo rutaceo, & anethino perfundere, cum additione parum euphorbij, si maxima vrgeat necessitas: *Ætius* verò oleo in quo verbena viridis incoquitur prærasis capillis vtitur.

Si à siccitate oriatur dolor, è gelida aqua potabili fouendum est caput, & oleo amigdalarum dulcium inungendum, & humectantia pro cibo sunt ægroto præbenda.

Si ex ebrietate, optimum præsidium vomitus, & quies, somnus enim resoluit vapores & dolorem tollit.

Si ex ictu vel plaga, præmisso enemate, optimum iuuamentum venæ sectio, topica vero adhibenda sunt secundum discretionem præsentis medici.

Sed quia varij etiam percipiuntur dolores, nempe pungitiui, frangitiui, grauitiui, extensiui, ideo aliquid de differentijs horum dicam.

Dolor capitis grauitiuus, pondere solummudo molestat, & est proprium symptoma cerebri affecti, quia testibus *Aristotile* & *Gal.* cerebrum aut omnino est sensus expers, aut illum satis obscurum habet. Signa.

Dolor verò pungitiuus, membranarum morbus est.

Dolor frangitiuus, membranæ os ambientis symptoma.

Dolor extensiuus, morbus proprius neruis,

tendonibus & ſimilibus.

Quoad loca verò doloris, aliquid notandum eſt.

Qui igitur dolorem pungitiuum in radicibus oculorum patiuntur, in his materia morbifica à cerebro in tunicas expellitur: Tunicæ enim oculorum ex cerebri membranis ortum habent, ideoq; illis affectis, hæ neceſſario per conſenſum afficiuntur.

Si verò caput quaſi in ſuperficie rumpi ſeu frangi videatur, pro certo indicat dolorem produci à materia, quæ reſidet inter cranium, & pericranium, & propriè ſignificat, membranam os caluæ veſtientem læſam eſſe.

Dolor verò extenſiuus, à flatibus oritur.

Dolor in poſteriore parte capitis, (niſi per eſſentiam laboret caput) arguit multitudinem vaporum vel humorum, (præſertim ſi ſibilus aurium adiungatur) è ventriculo & inferioribus partibus, hunc dolorem parere, quia dum æſophagus per quem tranſeunt vapores, magis ad poſteriorem partem inclinat, neceſſariò ſequitur, vt ibi ſentiatur dolor, & hæc eſt ratio, cur qui ex vtero dolent, vel quibus per aortam ſiue venam cauam vapores aſcendunt in poſteriori parte dolorem percipiunt, quamuis non credam, quin ſtomachus etiam aliquot vapores ad caput per externas tunicas, & neruos ſextæ coniugationis ſurſum euomat.

Dieta

Dieta particularis.

Qui ob abundantiam ſanguinis capitis dolore affliguntur, abſtineant hi à carne, vino, ouis, piſcibus electis, magni corporis,& ſimilibus, quia multum ſanguinem generant, caueant etiam ab omnibus vaporoſis,vnctuoſis,pinguibus, acutis & calidis, laudantur autem herbæ frigidæ, & fructus frigidi, vt lactuca, portulaca, plantago, mala-granata,& pira.

In cauſa autem bilioſa, conueniunt etiam antedicta : regimen enim vtriuſq; idem eſt, niſi quod magis ad humidum declinaret, & ſtipticum, ſi raptus materiæ ad ſtomachum timeatur, vt exempli gratia, vtetur ægrotus brodio pulli cum agreſta confecto, vel carne pulli cum ſucco limonum vel hordei cremore.

In cauſa pituitoſa, ſit aer calidus & ſiccus, ſit potus vinum vetus meodicris vinoſitatis, vel aqua mellis cum modico piperis,ſit ſomnus parcior,ſint fercula facilis digeſtionis,& ad caliditatem & ſiccitatem inclinantia,& in hac cauſa bene faciet ira aliquando, ad ſuſcitandum naturalem calorem.

Si verò à melancholia, ſit regimen humectatiuum, impinguatiuum, nec oppilatiuum,declinans ad caliditatem, ſiue frigiditatem, ſecundum humoris exigentiam, & circumſtantiam vt in capitulo de melancholia latius tractabitur.

Dieta generalis.

Sit aer, quatenus eſt materia alimenti, purus, & ſuauis odoris, vt ſpiritus delectetur & nutriatur. Habeat ægrotus quotidie beneficium alui.

Sit ſomnus parcior, venus autem parciſſima.

Si ab intemperie oriatur, vergat aer ad contrarium, vnà cum cibo.

Si à plenitudine, ſit victus parcior, ſufficiátq; vnicum genus cibi, & vitentur carnes antiquæ, porcinæ, ſalitæ, aues paluſtres, paſtilia, lac, & lacticinia, piſces, & omne genus vaporoſorum, viſcoſorum, & humidorum, vnà cum ſalſis & acribus vt cæpe, allio, caſu antiquo, oleribus ſilueſtribus, fructibus horarijs, niſi parciſſimè & ante cibum, caueant ægroti ab animi moleſtijs, & vino niſi in pauca quantitate & diluta, triplicem enim ob cauſam prohibet *Gal.* vinum, inter quas enumeratur capitis dolor, additq; rationem, cur vetitæ, ſcilicet, quia ſi magnum ſit obeſt cerebro, ſin pauciferum licèt non noceat cerebro, obeſt tamen ventriculo.

3. Lib. de ratione victus.

De vertigine.

Per vertiginem, intelligo illud vitium, in quo omnia in conſpectu circum rotari videntur, *Gal.* enim comment. 42. lib. de ratione victus de vertiginoſis locutus affirmat eos ſibi imaginare, vel caput proprium, vel exteriora circumduci, & quãquam aliqui contendant, ſcotomiam & vertiginem

nem differre, quemadmodum *Rhasis*, & *Donatus*, Lib. 1. conti-
cap. 17. li. 3 de medendis humani corporis malis, at- nent, cap. 2.
tamen quia differunt nisi secundum magis & minus, hoc nomen pro ambobus vsurpabo.

Vertigo igitur est motus circularis spirituum, in Vertig. de-
anterioribus cellulis cerebi: qua ratione autem scriptio.
mouentur spiritus in capite dilucide per similitudinem flammarum in furno coercitarum demonstrat Rondeletius, quæ sua leuitate ad superiorem partem fornacis delatæ, (nec altius ferri possunt) reflectunt, & in gyrum mouentur.

Vertiginis causa duplex. { Interna, / Externa. } Causæ.

Interna aut { per essentiam. / Per consensum. }

Si per essentiam, tum vel a materia flatulenta, quæ proprio vitio capitis aut procreatur, aut congeritur, teste *Gal*. Cap. 8. lib. 3. de locis affectis.

Vel ex frigido & viscoso humore siue intemperie cerebrum occupante, mediante tamen calore, (vt inquit *Paulus*,) calor enim humores, extenuat, & in furorem agit, vnde efferuescunt.

Si per consensum, tunc aut { Ventriculi, / Iecoris, / Lienis, / Vteri. }

Si caput primario laboret, hæc adderunt signa. Signa.

E Dolor

Gal. de locis affect.

Dolor maiore ex parte perpetuus, tinnitus aurium, defectus ſenſuum, & nulla præbita occaſione, vel externa, vel in victu, excitabitur morbus.

Si per conſenſum, deinde prouenit morbus, vel à ventriculo, vnde ſequitur inappetentia, nauſea, ſtomachi ſubuerſio, mala concoctio, variatúrque morbus, prout ægrotus ſe in victu gerat, vel vitio iecoris, aut quia calidius eneruat vires ſtomachi, & ſubminiſtrat vehiculum, aut quia calidius ſanguinem nimis acrem & ſpirituoſum reddit, vnde efferueſcit, & præ acredine è naribus ſolitus erumpere, & ſubitò ſuppreſſus, permanente defectu hepatis vertiginem inducit.

Aut quia calidius, torrefaciendo & adurendo ſanguinem, natura & præ copia & aduſtione cogitur ſe per venas Hemorroides exonerare, quæ identidem præter conſuetudinem ſuppreſſæ, vertigini & grauiori morbo occaſionem subminiſtrant, vt multis contigiſſe vidi dum ipſe medicinam exercui, & præcipuè generoſo cuidam generoſiſſimo cognomine Cheſter, qui mea induſtria curatus viuit, non ſolum à vertigine ſed ab epilepſia liberatus poſteaquam per ſpatium vnius anni integri ad minimum in tutela aliorum medicorum (quorum nomina reuerentiæ gratia reticebo) ſine ope & auxilio vllo remanſiſſet. Caſus vt ſequitur.

Hiſtoria.

Hic generoſus, quatenus ad habitum corporis vniuerſi attinet, calidus & moderatè ſiccus,

cus,cui temperaturæ consentiebant omnia membra præcipua ; ventriculo excepto, vtpote qui frigidior erat , annum trigesimum agens, septem abhinc annis consuetus, periodice sanguinem abundanter & per nares, & per Hemorroides expellere , petijt consilium de restringendo has sanguineas euacuationes. His autem restrictis (vt mihi retulit) incepit laborare vertigine, & postea epilepsia, multoties enim cecidit neq; præsensit , & quamuis inter initia fieri potuit hunc morbum à suppositis partibus originem traxisse, & fomentum habuisse,attamen cùm eo tempore secundum annum pertransiuerat factus erat primarius capitis affectus, & hoc conieci tum ex grauitate, quam circa caput percipiebat, tum quiacæteros sensus stupidos habuit: hic autem generosus sanitatis suæ recuperantiæ causa me accersiuit, quem dei auxilio anno Domini 1589. in hunc modum pristinæ sanitati intra sex menses restitui, declinabat autem morbus intra mensem.

Inprimis præmisso lænitiuo, & conuenienti dieta imperata,venam aperui, deinde hanc potionem quaternis diebus propinandam dedi.

℞. sirupi de bethonica, de stæchade, & de cichorio, ana ℥ ß : Decoctionis maioranæ, saluiæ in aqua Endiuiæ, ℥ ʒ. Fiat potio. Deinde ℈ 1. Ellebori nigri cum granis quatuor extractionis agarici in vino albo dedi: præterea quotidiè intrò assumpsit coclearium vnum sequentis

 medi-

medicamenti cum coclea rio aquæ hirundinis Rondeletij, in aquæ meliſſæ ℥ 2. excepto die ante nouilunium & plenilunium, quibus diebus accepit aut medicamentum antedictum ex eleboro, aut parum antimonij cum oleo vitrioli ad ſeceſſum præparati. Medicamenti verò deſcriptio hæc eſt.

℞. aquæ è fecibus vini per ignem & artem extractæ q. ſ. hanc per nouum alembicum igne proprio à vitriolo corallato & in pultis inſtar antea redacto diſtilla, cuius libræ vnæ adde liquoris viſci quercini & radicum pæoniæ maris ana ℥ ß extractionis bethonicæ ʒ 1. reducantur per circulationem in potum: hoc ritè parato paraſti medicamentum pro vertigine, epilepſia & ſimilibus, auro prætioſius: ſed vt ad propoſitum redeamus.

Si vertigo lienis vitio accidat, maiori ex parte fit flatus hypocondriacus dictus.

Si per conſenſum vteri, tunc aut quia deſtruitur naturalis calor poſitiuè propter nimium menſtruorum fluxum, aut priuatiue, propter ſuppreſſionem: aut propter alicuius rei corruptæ retentionem, vel inflammationem ſiue matricis procidentiam.

Si è cauſa externa tunc aut à purgatione intempeſtiuè bibita, de qua Hipocrat. loquitur inquiens, qui ſana habent corpora difficilius purgantur, nam & vertiginoſi, & voluuloſi ſunt.

Vel

Vel ab attractione crassorum et tenacium humorum ante concoctionem, vel ob extenuationem, de qua loquitur *Gal.* in comment. in 2. libro Aphoris. Vel e nimis vehementi purgatione: de cuius incommodis loquitur *Gal.* libro 1. Aphoris. 3. Aphoris.

Vel e circulari motu corporis proprij, rationem cuius recitat *Cassius* 759.

Vel quia quoduis vel quemuis alium circum verti vident: cuius rationem reddunt Ætius, Paulus, Auicenna & Matheus, de gradi.

Vel ex assiduis flexibus in itinere, e quibus loquitur *Areteus.*

Vel propter cruciatus, vt in perforatione, siue percussione cranij, de qua loquitur *Arcul.* & *Donatus.*

Vel balneo post repletionem.

Vel mora sub radijs solaribus.

Vel propter famem, vt in illis qui tollerare nequeunt.

Vel propter ebrietatem.

Signa general.

Agitatio spiritus in gyrum, titubatio et in vertigine oculorum tenebrosa caligo.

Prog.

Parui faciendus non est hic affectus, nam appropinquat epilepsiæ, et apoplexiæ: teste *Gal.* comment. aph. 17. tertij lib.

Victus ratio.

Caueant ægroti a ventis, præcipuè australibus, radijs Solis, et Lunæ, ab aspectu rerum circulariter mouentium, vel ab aspectu aquarum currentium, siue rerum profundarum ab alto, caueant etiam a somno plus iusto, vel stomacho pleno, et a

nimia capitis calefactione, operam det vt ventris excrementa singulis diebus excernant, temperate sese exerceant, ita vt capita eorum quantum possibile est quiescant: ne equitent nisi tardissimo gressu, et caueant ne in curribus vehantur, abstineant ab animi affectibus, a repletione, & nimia satietate; a fame, a venere, a clamoribus, et contentionibus, a rebus euaporantibus, a vino, nisi albo & tenui.

Curatio. Secundùm omnes medicos tam veteres, quàm recentiores, approbatur venæ sectio si sanguis abundet, vel vt causa principalis, vel adiuuans: vel vt causa sine qua non: circa tempus dubitarunt aliqui, scil. vtrum expectanda sit remissio, an in principio accessionis, Ætius enim venam secandã in principio paroxismi iubet, siue postea, quẽ locũ recentiores in hunc modũ explicant, nempe si frequẽtissimæ, et continuæ sint accessiones: aliter extra accessionem, cui sentẽtiæ adstipulatur *Paulus*, pluries autem, nõ aceruatim detrahẽdus est sanguis, quia facilè et e minima occasione concidunt vertiginosi, eoq; tempore secundũ Ætij præceptũ, irrigandum est caput rosaceo, aceto, et poligoni siue hæderæ succo admisto, paruũq; orificiũ faciendũ est, ne spiritus nimis copiosius affatim irruant. Post venæ verò sectionẽ, ex preceptis medicorũ purgandus est ægrotus hyera pachij, præmissis præparatiuis e sirupo de bethonica, de stæchade, et similibus: deinde vlterius purgandum cum sirupo de cichorio Nicholai, cum rhabarb. sirupo, de bethonica et melle rosato: deinde purgandũ est corpus confectione hamech. trochiscis alhandal, et sirupo rosarũ: vt exempli gratia: ℞. trochiscorũ alhandal gra. 8. con-

ctionsi

fectionis hamech. ʒß. sirupi rosarum ℥ij. cum aliquo conueniente liquore, fiat potio capienda cum custodia. Aliquando etiam fæliciter vti possumus acribus clisteribus, vel pilulis ex hyera, cum rhabarb. et agarico, garophillis, cinamomo, et nuce moschata per horam ante cænam.

Sæpius etiam (corpore expurgato) vtimur cucurbitulis in occipitio, et sternutatorijs, magna cũ vtilitate: aliquãdo etiam secantur arteriæ retro aures, si percipiamus vapores per eas deferri, sed omnibus his medicamentis relictis, corpore purgato cum eleboro, ad medicamentum antedictum quasi ad sacram anchoram confugio, corroborat enim cerebrũ, vt nulla vertigo, nulla paralisis, nulla mania, nulla epilepsia illi nocere potest.

Si verò morbus veniat per consensum alicuius partis inferioris, recurrendnm est ad antedictum capitulum, in quo tantum dicitur vt superfluũ esset amplius hoc loco scribere.

Si verò a causa externa proueniat vertigo, velut a medicamento intempestiuè bibito, compescenda est natura lacessita, cessante enim causa mox cessabit effectus.

Si verò a nimis forti medicamento, detur mithridatum, cum saccharo rosarum, quod si probatissimum sit, restringet vehementiam medicamẽti: ventri verò forinsecus admouenda sunt emplastra diapheniconis, siue de pelle arietina.

Si a circulari motu corporis, contrarius adiuuat.

SI ab aspectu, ne aspiciat æger.

Si

Si propter cruciatū in compreſſione, remoue rem comprimentem, & applicetur anodinum.

Si propter famem, ſumetur buccella panis in ſucco granatorum, vel omphacio intincta.

Si a nimia ſatietate, imperetur victus tenuior, & ſic in reliquis, contraria enim contrarijs curantur, ſecundum *Gal.*

De Epilepſia.

Epilepſia aliás appellatur morbus comitialis, morbus ſacer, morbus herculeus, morbus lunaticus, morbus comeſſialis, & puerilis: cur autem ita vocetur, dilucidè enarratur a *Gal.* libro 6. de morbis vulgaribus: & ab *Arculano, Areteo, Trall. Paulo* & *Cornelio Celſo* cap. 23. tertij libri: ſub hoc igitur vocabulo omnes ſpecies huius morbi comprehendam.

Epilepſiæ deſcriptio.

Epilepſia eſt ſpaſmus factus ex obſtructione ventriculorum cerebri, cum amiſſione ſenſus & motus neruoſarum partium, & conuultionis totius corporis, (neceſſariò enim ſequitur Epilepſiam conuultio totius corporis.)

Gal. lib. 3. & 4 de locis affect. Paul. Trall. Actuarius.

De cauſa verò et generatione huius morbi contendunt medici: *Gal.* enim 3. de locis affectis, & lib. 6. de morbis vulgaribus, affirmat epilepſiam nempe per eſſentiam genitam (nam ita intelligendus eſt *Gal.*) prouenire a craſſo et frigido ſucco: aut pituitoſo, aut melancholico in ventriculis cerebri congregato, comprehendente explantationes neruorum; et principium ſpinalis medullæ, quem

quem ſequutus eſt *Paulus*. *Auerrois* verò in 3. col-
lig. videtur multum dubitare de cauſa epilepſiæ: Recentiores verò negant materiam a *Gal.* propoſitam poſſe eſſe materiam epilepſiæ, & vtuntur argumentis, quibus vſus eſt *Gal.* libro de tremore, & iectigatione: vbi concludit morbū fieri a tenui humore, quia cito mouetur, et cito diſſoluitur: materia enim craſſa difficillimè mouetur; præterea colligunt ex frequenti oſcitatione, et ſpuma: quibus omnibus vtuntur epileptici: non poſſe vllo modo fieri quin materia ſit tenuis, & eó magis quia ex odore ſolummodò aliquando excitatur morbus, vt cohærent omnes medici.

Auicenna verò, *Actuarius*, *Andernacus*, et alij nonnulli, putant epilepſiam procedere a materia viſcoſa et venenoſa, vnà cum craſſis vaporibus cerebro contrarijs (ita tamen vt tantum ſit vitium in quātitate humorum quàm qualitate) qui ſpiritus exitum obſepiunt, obſtruuntq; quo minus facultas ſenſum miniſtrans foras prodeat, cui opinioni ſubſcribò, non enim fit niſi in corporibus humidis, in quibus multiplicatur humor groſſus.

Sed vt priora argumenta aliqualiter reſpondeam, vbi *Rondeletius* eiuſque farinæ medici repentinum ortum, & breuem diſſolutionem vt infallibile ſignum tenuis materiæ affirmant, (ſalua pace tantorum virorum) in meo iudicio longè falluntur: non enim diſcutitur materia, quandò reuiueſcunt, vt ita dicam epileptici, ſed retrò diſlocatur, vaporibus per ſternutationem parum

euacuatis, præterea ſpuma epilepticorum meo iudicio oſtendit potius agitationem, et ingens luctamen ſpirituum, et humorum, quàm tenuitatem humorum, atque idem ſentit *Gal.* comment. aphoriſ. quadrageſimo tertio, libro ſecundo, & aphoriſ. triceſſimo, ſeptimi libri. Deinde cum videant hepar hircinum, vel ſimile procurare paroxiſmum, non dubitant de cauſa antedicta morbi: profectò ego non video quomodo aliquid pro eorum defenſione facit, ex proprietate enim occulta, et vapore cerebro infeſto percutit ventriculos cerebri, et materiam mouet, aer enim (teſte *Hipocrate*) libro de morbo ſacro, vel calidus, vel frigidus, et a multò fortiore venenoſus, poteſt eſſe in cauſa epilepſiæ et in pueris, et ſenibus, tam per colliquationem, quam per expreſſionem.

Signa

Generatur aut per eſſentiam, aut per conſenſum.

Si per eſſentiam proficiſcatur morbus, magnam grauitatem percipiunt ægri, tardèque ſentiunt, pigri etiam ſunt ad motus, et maximè obliuioſi, (et ſi morbus inueteratus ſit) mæſti, et animo abiecti ſunt, viſum et conſuetudinem hominum vitantes, cibum faſtidientes, ſumptum male conficientes, maximaque in his apparebit conuulſio, neque vnquam præſentiunt.

Si

Si per conſenſum, tunc vel { ſtomachi, vteri, aliarum partium.

Si per conſenſum ſtomachi, tunc non fit conuulſio totius corporis, ſed quaſi inundatio, neque penitus deſtituuntur, ſed quaſi in meditullio conſiſtunt, neque adeo promptè præſentiunt: præterea crebra cibi aſſumptio, ſiue retardatio, auget & fæſtinat, vel diminuit & retardat acceſſionem, & vomitus ſuperueniens multùm iuuat.

Sunt etiam qui ex vehementi ira, cura, ſolicitudine, vel contentionibus circa aliquid (vitioſis humoribus ad os ſtomachi confluentibus) hoc morbo corripiuntur: de quibus loquutus eſt *Gal.* tertio libro de locis affectis, capitulo ſexto: aliquando et a vermibus, vel viuis, vel mortuis, a viuis ſcilicet per morſum, a mortuis per putredinoſum vaporem, aliquando et ab ictu phalangij.

Sunt etiam qui ratione hepatis, vt in preceden. ti capitulo pleniùs enarratur. Ment. Conſul 43, & 50

Aliqui etiam ex vtero, venenatis ſcilicet vaporibus ſurſum eleuatis, in his autem frequentiùs retinentur menſtrua, et in hunc diem viuit mulier quædam mecum familiariſſima quæ nunquam in vtero gerit infantē quin durante impregnatione ſua per interualla hunc morbum perpetiatur, at poſtea

nunquam.

Qui vero ob particulam aliquam concidunt, distributionem mali ad superiora fieri sentiunt, et quod futurum est prædicunt, teste *Gal.* 3. de locis affectis, vbi de puero quodam et adolescente mentionem fecit: & ego ipse semel vidi.

Dieta. Eligat ægrotus aerem siccum, et minime frigidum, aut in causa melancholica calidum, et in passiuis temperatum, nocturnum aerem effugiat, et si præ negotijs non possit, congruis velamentis caput tegat, vna cum auribus, ceruice, et toto thorace. Ne patiatur epilepticus pedum frigiditatem, ne intueatur vallas concauas ab alto, neque loca paludosa, siue fluminos decurrentes, siue ignem, vel magnum splendorem, vel campos niue refertos, vel turbam hominum circumuertentem, vel rotas curruum velocissimè motas, nec aliquid quod in gyrum mouetur: ne equitet nisi tardissimo gressu: iram et tristitiam deuitet: quietè & iucundè viuat: caueat a solitudine, recedat ab eo prorsus diurnus somnus, præcipuè meridianus, quia generat excrementa, matutinus vero retinet capitis superfluitates: surgat igitur diluculo, et caput pectinet, dentes fricet, nares emungat, quotidiè sponte vel arte beneficium alui habeat, sese exerceat, sed ita ne caput agitetur: sit exercitium molle sed longum: a nimio venere abstineat, caueat peccare tam

quan-

quantitate, quàm qualitate cibi, vnico cibo ſit contentus, ſine ſorbitionibus, ne cibum aſſumat priore inconcocto, ne bibat inter prandiũ & cœnam, niſi magna vrgenti neceſſitate, ne eat lectum niſi per duas horas ad minimum à cœna, abſtineat ab omni carne bubula, caprina, ſuilla, à paluſtribus, cothurnicibus, ab omni genere piſcium, paucis exceptis, non enim alienum eſt aliquando merulam, aut ſcarum ſumere (teſte *Donato*) à paſtilibus, lacticinijs, acetarijs crudis, præcipuè lactuca, & ab ouis duris, à cibarijs frictis in ſartagine, & (per recentiores) ab apio & pretroſelino, attamen *Gal.* apium puero epileptico conceſſit.

Conceduntur verò ex volatilibus carnes gallinæ, phaſianorum, auium montanarum, exceptis præexceptis, turdorum, turturum, & paſſercularum, quæ decoqui debent cum Hiſſopo, pulegio ſerpillo, ſampſucho, anetho, vel ſimilibus: conceditur etiam frequens vſus capparorum, & ex oleribus, conceditur intibus, necnon gingidium & decocta porra: inter fructus, piſtacia, & vuæ paſſæ, ſuper cibum ſumendæ: pro potu autem, conceditur aqua cocta cum aniſo, cinamomo, & ſaccaro, vel cinamomo cum coriandro præparato, vel ſi cõſuetudo vrgeat, ceruiſia, ſed parum lupulata: ſed potius medicata cum roriſmarino, bethonica, radicibus pæoniæ vel ſimilibus; & (vrgenti conſuetudine) parùm vini albi pauciferi aut medicati permitti poteſt: pro pane verò ſit panis nec calidus nec tertium diem pertranſiens, bene fermẽtatus ex optimo frumento aliquid fœniculi in ſe habens.

 In

In antedicto capitulo pleniùs enarraui methodum quo ipse in hoc morbo vtor vnà cum medicamentis quibus solùm egomet fidem adhibeo, nam præter generosum illum in duos alios expertus sum, nempe in puerum sedecim annorum cuiusdam *Gulihelmi Pani* qui solitus erat quotidie semel, & aliquando bis concidere, qui cum per mensem antedict medicamenta acceperat è morbo leuari incipiebat, & concidere desiebat, vnde parentes me inuito putantes filium prorsus liberari, domui suæ secum adduxerunt, vbi per tres menses liber ab aliquo paroxismo euasit, & paulò post sine respectu vnumquemque locum adiens (putabant enim parentes eum integre sanatum) in aqua, reuertente morbo, submersus erat: aliam autem pauperculam sanaui, quæ posteaquam duos annos sana transiuisset, ex febri ardenti mortua est; & nisi in hos nunquam expertus sum: sed quia vnusquisque hoc medicamentum, nec habet, nec præparare potest, ideo ad vltiorerem doctrinam aliquot remedia (galenica) vt ita dicam recensebo, & quia infantes hoc morbo pluries corripiuntur, ab illis incipiam.

Si infans igitur sit lactans, authoritate *Pauli*, & *Alexandri*, nihil moliendum est, quin prospiciendum, vt lac nutricis si vitiosum sit corrigatur, quod facile fiet, si antecedente victus ratione vtatur nutrix, sponte enim ætate ad caliditatem & siccitatem vergente sæpius sanatur morbus, teste *Hipocrate* Aphor. 45. lib. 2. & 7. libri 5. cauendum

dum

dum tamen est, ne nimis vasa vteri aperientibus neue coitum vtetur nutrix, ne menstrua proritet, vnde corrumpitur lac. Bonitas verò lactis, Trall. teste his signis depingitur, nempè colore, substantia, odore & gustu, colore, vt albissimum sit, & nihil habeat liuidum, substantia, vt nihil admodum tenue, aut crassius, aut caseosum contineat, odore & gustu, vt non sit fœtidum, sed dulcissimum: & memini me semel accersitum fuisse ad quandam mulierem cuius lac tam gustu amarũ fuit, vt infans propriæ matricis mamillas exsugere recusauerit, quæ tamen intra triduum, (bile meo consilio fortiter euacuato) lacte dulcissimo abundabat. Præter hæc, cauendum est, ne infans tantum exsugat vt fastidiat, neue alia capiat alimẽta cum lacte, quia corrumpent lac. Sufficiet igitur, mammam infanti ter vel quater in die porrigere, & parum mellis rosacei aliquando infanti dare, ad prohibitionem corruptionis lactis, & si opus sit lactantem purgare, purgetur nutrix: vidi etiã Smaragdum verum circa collum infantis appensum multũ profuisse, vel radicẽ pæoniæ, quem sæpius radere oportet odoris gratia. Aliqui etiam laudant vngulam alcis in annulo gestari: sed quicunq; plura pro infantium curatione desiderat, Mercurialem de morbis puerorum legat vel Ætium, qui Possidonij authoritate, quædam auxilia infantibus præbenda descripsit.

Si verò puer sit 5. vel 6. annorum, purgetur in hunc vel similem modum.

℞. trochiscorum agirici ℈ 4. infusos in oximelle scillitico (*Gal.* enim valde probat medicamenta è scilla)

ſcilla) & fortiter expreſſos caſtorei gran. ʒ. ſirupi roſarum ſolutiui cum agarico ℥ 1.ß: aquæ meliſſæ q. ß. fiat pot. Iteratis verò euacuationibus, ſecundum iudicium præſentis medici optimum erit vti ſternutatorijs & apophlegmatiſmis deinde quotidiè dare ʒ 1.medicamenti noſtri in ℥ 1 aquæ meliſſæ.

Gal. Lib de venæ ſectione & 11.& 12. lib.method.

Si verò poſt puerilem ætatem quis hoc morbo corripiatur,(præmiſſo enemate,)aperiatur cephalica,ſi ſanguis peccet, vel tanquam cauſa adiuuans, vel ſine qua non.

Ætius enim, venæ ſectionem omnibus alijs auxilijs in hoc morbo potiorem affirmat,hoc facto præparandum eſt corpus in hunc vel ſimilem modum. ℞. ſirupi de bethonica,mellis roſati ana ℥ 1. aquæ pæoniæ,℥ 3.fiat hauſtus,vel ℞.oximellis ſcillitici,ſirupi de bethonica,ana ℥ 1.aquæ pæoniæ ℥ʒ. his per quinq; aut ſeptem diebus acceptis purgandus eſt ægrotus in hunc vel ſimilem modum ſi vires & ætas ægroti patiantur. ℞.confectionis hamech ʒ 3. trochiſcorum alhandal gran 10. ſirupi roſati ℥ 2. aquæ bethonicę q.ß. fiat potio capienda in aurora per ſex horas ante cibum: ſed vt verum dicam, eleborus niger eſt omnium aliorum efficaciſſimum arcanum ad expurgandum fomentum,&pabulum huius morbi,more chimico extractum,& ante nouilunium,& plenilunium, more antedicto datum.

Si per conſenſum proueniat morbus ex vitioſis humoribus, os ſtomachi infeſtantibus & nauſeam mouentibus multum conducet. Vomitus & vſus

vſus huius electuarij. ℞. Mithridati optimi ℥ ß. ſaccari roſati ℥ 3. ſeminis pæoniæ ℥ 3. limaturæ cranij humani ℨ 6. ſirupi de corticibus citri q. ß. detur, ℥ ß. per horas duas ante cibum: multum etiam proficiet ſcutellam brodij pulli cum ℥ 2. infra ſcripti pulueris aliquando ſumere. ℞. limaturæ cranij humani, ſeminis pæoniæ, extractionis viſci quercini, ana ℥ ß. deinde quotidiè adminiſtretur medicamentum noſtrum è vitriolo ad corroborandum cerebrum.

Ad prouocandum autem vomitum ego ſemper ſoleo floribus rubris Antimonij vti optimo cū ſucceſſu. Sed aliqui forſan antedictum medicamentum tanquam nimis violentum contemnunt, attamen. Trall. vir ſanè magnæ authoritatis in his & ſimilibus morbis hęc vehementiora medicamenta multum approbat, affirmatq; ſe hiſce remedijs eos curaſſe qui ab alijs derelicti fuere, & teſte *Hipoc.* extremi morbi extrema requirunt remedia, vnde omnes antiqui medici multò maiores morbos curarunt quàm nos hodie curamus quia conſilium antiquorum repudiamus.

Si verò ex ira, cura, fame, ſolicitudine, timore vel ſimilibus proueniat morbus, vitioſis nempe humoribus ad os ventriculi confluentibus, remoueantur cauſæ & curentur ſecundum doctrinam antea traditam.

Si verò morbus ob particulam aliquam procedat, optimum præſidiū ad prohibendū vel ad minimū ad alleuiandum paroxiſmum, fortis ligatura ſupra membrum affectum cum materiam eleuari

ſentiant, & poſtea tempore interualli & quietis purgetur ægrotus pilulis cochijs vel ex hermodactilis affectæq; parti imponendum eſt lepidium vel veſſicatiorum è cantharidibus fermento,& acri aceto, vel pes coruinus contuſus,vel illud ceratum Montani quo vſus eſt in curatione vnius qui ob brachium ægrotauit: compoſitio hæc eſt. ℞. ſinapis pirethri, ſeminis naſturtij ana ℥ 2. euphorbij ℥ ß. nitri,aluminis ſciſſilis ana ℥ 1. adarces ℥ 3. ſagapeni,galbani ana ℥ ß. ſalis amoniaci ℥ 3. picis naualis ℥ 1. Olei de euphorbio, de caſtorio, de balſamo, ana ℥ 1. diſſoluantur gummi in aceto ſcillitico, puluerisanda puluerisentur, & cum oleis & reſinis, addita cera fiat ceratum ſolito loco applicandum quod ſingulis 14. diebus remoueatur, & fricetur locus cum ſcilla, & rurſus apponatur iuxta neceſſitatem, & dum hæc aguntur ſingulis ſeptimanis ſemel per mediam noctem poſt bræuem cœnam accipiat ægrotus, ℥ 1. harum pilularum: compoſitio hæc eſt. ℞.radicum pæoniæ, caſtorei, dictanni cretici, ſileris montani ana, ℥ 1. cornu cerui vſti raſuræ, cranij humani ana ℥ 2. ſeminis citri, liquoris viſci quercini ana, ℥ 2ß. puluerisentur puluerisanda, & aceto ſcillitico aſpergantur, die autem interpoſito aſſumet æger ſemper ℥ 1. ſequentium pilularum. ℞. agarici, rhab. alces, ellebori nigri chimicè extracti,ana. ℥ 1.ß. garpiohillorum, ℥ 1. moſchi, ambræ ana, gra.4.cum ſirupo de corticibus citri, fiat magdaleon.

Si verò accidat in mulieribus ob retentionem menſtru-

menſtruorum inveſtiganda eſt cauſa retentionis & procuranda ſunt, niſi infantem in matrice gerant tunc enim difficilis eſt cura & non emollienda, ſatius enim eſt nil niſi aborſum prohibentibus, & ventriculum corroborantibus vti: attamen Montanus conſulit vſum huius electuarij bis in ſeptimana, per tres horas ante prandium, & in quantitate ℥ ß.

℞. caricarum pinguium per ſetaceum expreſſarum ℥ 4. medullæ cartami, ℥ 1. rhabarb. electi, ʒ 2. gariophill, ℥ ß. miſce cum ſirupo de corticibus citri.

Si à morſu animalis venenoſi pendeat morbus ſupponantur ventoſæ cum ſcarificatione vnà cum emplaſtris attractiuis, & defendetur locus ſuperior cum forti ſtrictura, & aceto, & intrò detur theriaca veneno propriè deſtinata.

Si a vermibus procedat morbus, interficiantur cum amaris, & eijciantur, ſi verò ſit latus lumbricus vtendum eſt allio pro cibo, vel radice filicis: & non multis annis præteritis quidam theologus adhuc viuens cognomine Large, per longum tempus contabuit, neque potuit vllum auxilium inuenire quamuis medicos doctiſſimos conſuluiſſet, & tandem allium inter cætera comedens ingentem lineam per ſeceſſum eiecit, cum magna admiratione, vnde ab eo tempore conualuit.

ſentiant, & poſtea tempore interualli & quietis purgetur ægrotus pilulis cochijs vel ex hermodactilis affectæq; parti imponendum eſt lepidium vel veſſicatiorum è cantharidibus fermento,& acri aceto, vel pes coruinus contuſus, vel illud ceratum Montani quo vſus eſt in curatione vnius qui ob brachium ægrotauit: compoſitio hæc eſt. ℞. ſinapis pirethri, ſeminis naſturtij ana ʒ 2. euphorbij ℥ ß. nitri, aluminis ſciſſilis ana ʒ 1. adarces ʒ 3. ſagapeni, galbani ana ℥ ß. ſalis amoniaci ℥ 3. picis naualis ℥ 1. Olei de euphorbio, de caſtorio, de balſamo, ana ℥ 1. diſſoluantur gummi in aceto ſcillitico, puluerifanda pulueriſentur, & cum oleis & reſinis, addita cera fiat ceratum ſolito loco applicandum quod ſingulis 14. diebus remoueatur, & fricetur locus cum ſcilla, & rurſus apponatur iuxta neceſſitatem, & dum hæc aguntur ſingulis ſeptimanis ſemel per mediam noctem poſt bræuem cœnam accipiat ægrotus, ʒ 1. harum pilularum: compoſitio hæc eſt. ℞. radicum pæoniæ, caſtorei, dictanni cretici, ſileris montani ana, ʒ 1. cornu cerui vſti raſuræ, cranij humani ana ʒ 2. ſeminis citri, liquoris viſci quercini ana, ʒ 2ß. pulueriſentur pulueriſanda, & aceto ſcillitico aſpergantur, die autem interpoſito aſſumet æger ſemper ʒ 1. ſequentium pilularum. ℞. agarici, rhab. alces, ellebori nigri chimicè extracti, ana. ʒ 1. ß. garpiohillorum, ʒ 1. moſchi, ambræ ana, gra. 4. cum ſirupo de corticibus citri, fiat magdaleon.

Si verò accidat in mulieribus ob retentionem menſtru-

menstruorum investiganda est causa retentionis & procuranda sunt, nisi infantem in matrice gerant tunc enim difficilis est cura & non emollienda, satius enim est nil nisi aborsum prohibentibus, & ventriculum corroborantibus vti: attamen Montanus consulit vsum huius electuarij bis in septimana, per tres horas ante prandium, & in quantitate ℥ ß.

℞. caricarum pinguium per setaceum expressarum ℥ 4. medullæ cartami, ℥ 1. rhabarb. electi, ℨ 2. gariophill, ℥ ß. misce cum sirupo de corticibus citri.

Si à morsu animalis venenosi pendeat morbus supponantur ventosæ cum scarificatione vnà cum emplastris attractiuis, & defendetur locus superior cum forti strictura, & aceto, & intrò detur theriaca veneno propriè destinata.

Si a vermibus procedat morbus, interficiantur cum amaris, & eijciantur, si verò sit latus lumbricus vtendum est allio pro cibo, vel radice filicis: & non multis annis præteritis quidam theologus adhuc viuens cognomine Large, per longum tempus contabuit, neque potuit vllum auxilium inuenire quamuis medicos doctissimos consuluisset, & tandem allium inter cætera comedens ingentem lineam per secessum eiecit, cum magna admiratione, vnde ab eo tempore conualuit.

De Lytargia exquiſita.

Lethargia nomen ſumit à Græcis ſcilicet ἀπὸ τῆς λήθης & ἀργῆς ſed de nominibus non eſt curandum dummodo rectam intentionem curandi habemus. Lethargia exquiſita ſemper morbus ab initio non ſymptoma, & teſte Celſo eſt inexpugnabilis penè dormiendi neceſſitas quam pituitoſæ collectio & regurgitatio progignit, teſte Actuario.

Lethargiæ deſcript.

Oritur queſtio inter recentiores medicos vtrum Lytargia ſit inflammatio, aliqui affirmant non eſſe, & defendunt opinionem ſuam, è Galeno in Cap. 2. lib. 3. method. com. aphoriſ. 3. ſect. 2. & in multis alijs locis, alij autem ſunt quemadmodum Trincauelius qui contendunt eſſe inflammationem quam ſequitur febris, & ad confirmandam eorum opinionem proferunt verba *Galeni*, in 13. methodi, vbi dicit phrenetidem & Lytargiam affectus eſſe ferè contrarios ſpecie, ideo concludunt ex neceſſitate eſſe in eodem genere: præterea, obijciunt materiam quotidianæ febris, & Lytargiæ eandem eſſe, attamen non dicitur febris frigidus affectus. Aliqui etiam ſunt, ſicut inter alios Donatus qui è Galeno colligit, lytargiam aliquando eſſe cum inflammatione, & aliquando ſine inflammatione.

Queſtio.

Generatur Lytargia in cerebro ſolummodo ab humore pituitoſo, teſtibus Trall. Paulo, & Gal. Cap. 13. et 14. lib. 4. de cauſis pulſuum Commen. Aphor. 30. ſect. 3. com. lib. 1. prorhet.

Locus vbi generaliter.

in

in hoc enim morbo cerebrum tanquam ſpongia madeſacitur. Arcul. contra

Duplicia ſunt ſigna, demonſtratiua & progno-ſticatiua. Signa.

Præoſtendunt verò morbum futurum dolor vehemens cronicus e materia phlegmatica; longitudo et profunditas ſomni, hebetatio ſenſuum cum continuo quaſi tinnitu aurium, vertigo perſeuerans per eſſentiam genita. Prog.

Demonſtrant verò morbum præſentem hæc quæ ſequuntur.

Infirmus reſupinus iacet in lecto ſicut truncus, vt inquit *Rhaſis*, et non omninò ſine voce; quia aliquando interrogati reſpondent, (præſertim in debili lytargia) cum reſpiratione rara & debili, & æquali (cum febre tamen lenta) quia nocumentũ huius morbi ſequitur magis oppreſſionem virtutis, quàm impreſſionem materiæ in virtute, iacet etiam ægrotus cum pulſu magno, raro & vndoſo: at poſtea raro, exiguo et obſcuro, quia virtus frangitur: attamen *Gal.* 1. de cauſis pulſuum: et 4. de præſag. ex pul. ait, quod pulſus lethargicorum, & peripneumoniacorum, aut ijdem, aut ſimiles ſunt: præterea frequenter oſcitant ægroti propter multitudinem vaporum multiplic. ad muſculos, et ſunt maximè obliuioſi, et ſæpe ſupprimitur vrina, et aliquando aluus tum propter obliuionẽ, tum propter imbecilitatẽ muſculi ſphinct. Et vt concludã, vt vmbra corpus ita obliuio litargiam conſequitur.

Si muſculi non obediunt deglutioni vt cibum recipiant. Signa mortis.

Si accidentia ſint vehementia cum magno tremore & multo ſudore, maiore ex parte eſt mortalis, quia ſudor inducit defectum virium.

Signa ſalutis. Si patiens aliquam habeat memoriam et facilem anhelitum, ſi aliquid per nares emungetur, ſi in ſuis motibus ſit agilis, ſi poſt ſeptimum protrahatur morbus, teſte *Hipocrate*.

Curatio. Fingamus nunc aliquem laborare lytargia, qui auxilium poſtulat: Inprimis collocarem in domo lucida, (ita tamen vt lumen non offenderet oculos) ne prohiberet apertionem eorum: deinde præſcriberẽ acriorem clyſterem, ex lib. 1. decoctionis, calamenti fluuialis, origani, aſari, ſaluiæ, centaurij, bethonicæ, roriſmarini et ſtechados, in aqua imponerem hyeræ diacolocinthidos ℥vj. ſeminis cartami, ℥ß. olei rutæ ℥iij. ſalis ℥i. mellis roſati ℥iij. vel ſi viderem ægrotum non potuiſſe diutiús retinere clyſterem, ſubtraherem ſalem & mel, vt fieret minus ſtimulans: deinde venam pro viribus ſecarem: & hic medicandi methodus cohæret cum *Gal.* 13. therapeutic. et cum *Auicenna* et *Rhaſi*, primo continentis: et quanquàm aliqui forſan obijcient Meſuem nullam mentionem facere de phlebotomia, et Serapionem plurimas conditiones ponere: attamen in hac ſententia cum antedictis authoribus inhæreo, nempe plebotomiam propter duo conuenire, ſcilicet quia euacuatione facta, membra fiunt

Math. auara, vnde vapores ad inferiora diuertuntur, neque tam velociter ad caput evaporant, et aliqua portio pituitoſæ materiæ morbi euacuatur, ad propoſitum, enemate dato, et vena ſecta, frequen-

frequenter irritarem deglutionem, instillando aliquid iucundum cum vasculo angusti oris, & ad somnum arcend. quantum possem commouerem eos ad iram, et rixam, cum clamoribus, frictionibus, dolorificis ligaturis, pilorum euultione, aliquando e temporibus, aliquando e barbis, (si viri essent) aliquando e capitibus, vtererque suffitibus e castorio funiculo lucernario extincto, galbano, pulegio in aceto macerato, et similibus: aliquando tamen somnum per horam vnam vel alteram concedens ad virtutis conseruationem, interea nutrirem ptissana Auenæ, & pro potu aquam hordei, cum decoctione hissopi, vel aquã mellis, quam in oribus eorum infunderem, declinante vero morbo, cum vitellis ouorum, & modico piperis, vel similibus reficerem, ad ciendum autem aluum quotidiè, aut vterer clysteribus, vel suppositorijs longitudinis duorum communium, confectis ex hyere simpl. Galeni ℥j. pulpe colocinthid. interioris ʒij. scammoniæ ℈i. cartami & centaurij minoris, ana ℈ij, salis gemmæ, ʒij. liquefiat hyera simplex qua liquefacta superaspergantur pulueres specierũ dictarum: euigilata autem virtute post duos aut tres dies, ʒi. castorei, cum ℈j. scammoniæ darem: deinde sternutatorijs vterer et in maxima necessitate cucurbitulas in occipitio figerem, cum multa flamma et sinapismo e caricis, et sinapi, cum aceto macerato præerasis capillis vterer: præterea frontem oxirhodino cum castoreo dissoluto oblinirem, vt caput roborarem ne vlterius

reciperet

reciperet, et receptos extenuaret, et quotidiè medicamentum nostrum e vitriolo propinandum darem.

Si verò contingeret lotij retentio, applicarem sequens vel simile medicamentum calidum pectini & perineo: ℞.rad. raphani, apij, ana ℥j. pariet. maluæ altheæ, ana pug. j. contusis adde olei anethini, butiri, ana ℥iß. olei de scorpionibus, ℥ß. misce.

storia. Anno Domini 1590. accersitus fui cuidam serto generosissimi viri, cognomine Lunsford: qui de repentè præcedente nocte in lytargiam inciderat, quem cum bene animaduerteram, et adstantibus eminens periculum prædixeram, venam medianam dextram aperui (valde enim plethoricus erat, et ℥10. sanguinis extraxi, interpositis vero tribus horis, alteram in sinistro brachio incidi, & rutam ex aceto maceratam naribus applicui, & ea nocte sine vllo alio auxilio conualuit.

istoria. Anno Domini 1593. generosa quadam sexagint. annorum, mater vxoris meæ charissimæ, laborans febri pituitosa, in lytargiam notham incidit, ita vt omnes crederent eam morituram, cui accersitus in hunc modum succurrebam.

Inprimis dedi antimonium meum ad secessum præparatum, cum duobus coclearibus vini, et magno cum labore deglutire ægrotam coegi, quod intra septem horas operabatur ad minus vigesies, ipsa toto tempore sicut mortua iacente, pluribus mulieribus adstantibus, ciuilitatis causa et ad abstergendã eam, & etiam omnibus modis quibus potuerunt ad euigilandam: circa horam quartam

tam vespertinam, desijt medicamentum vlteriús operari, ipsa tamen vt antea iacente, circa horam quintam ʒj. mithridati cum ℥ß. castorei in vino ei propinandam dedi, et varios suffitus naribus toto hoc tempore applicare continuebam: hora octaua eiusdem noctis conualescere incæpit, & bono regimine in victu obseruato, pristinam sanitatem recuperabat, et adhuc incolumis viuit.

De Coma & Cataphora.

Quia Coma seu Cataphora, et *Caros* exquisita, neque ratione subiecti, nec ratione formæ, nec ratione causæ efficientis, differunt a lytargia, nisi secundum magis & minus, ideo non libet particulatim de illis scribere, sed solummodo aliquot signa differentiæ gratia proponere.

Lytargia exquisita præcedit febrem, febris verò præcedit *Caron*.

Lytargia vera semper morbus per se, *Caros*, aliquando Symptoma, vt in excerbationibus febrium, morbi comitialis, & aliorum.

De Apoplexia.

Apoplexia quæ ab antiquis Sideratio appellatur, et ab aliquibus morbus attonitus: est affectio cerebri, (teste *Paulo* libro tertio, capitulo 18.) in quo omnes partes corporis simul, et sensum, & motum amittunt: (teste etiam *Gal.* libro tertio, Cor. Cel. cap. 26. lib. 3.

et 4. de locis affectis, & libro de differentijs simpt. cap. 3:) respiratione tantummodo excepta, vt patet per eundem commentarium, aphoris. 42. secundi lib.

Causa. Immediata causa huius morbi, est priuatio descensionis virtutis animatæ, siue spiritus animalis, ad inferiora.

Materia. Apoplexiæ vero materia, (teste *Gal* libro de cur. per venæ sectionem, capit. septimo,) vel sanguis, qui redundans non egreditur vase, sed vehementer replet venas medias inter cor & cerebrum: vel pituita, ob multitudinem aceruata, non solùm in ventriculis cerebri, sed in ipso cerebri corpore: vt in libro 4. de locis affectis patet, nec non 2. de causis simpt. cap. vlt. & 3. de locis affect. cap. 7. & per Ætium cap. de apoplexia.

Vel melancholia, vt aphoris. 56, libro 6. demonstratur.

Signa. Duplicia sunt signa, quædam enim prænuntiant morbum futurum, quemadmodum capitis dolor, venarum ingularum eleuatio, æger motus, stridor dentium inter dormiendum, & multa alia copiosissimè per *Paulum* libro tertio, cap. 18. et per *Matheum de Gradi*, cap. 4. primæ partis de ægritudinibus cerebri descripta.

Quædam quæ demonstrant morbum præsentem, vt exempli gratia.

Apoplectici iacent sine sensu & motu, cum stertore, et sine somno, seruantes colorem naturalem, in hac differentes ab his qui sincope siue vteri præfocatione laborant, quorum facies cadauerosi, apparent

apparent, præterea nihil ſentiunt apoplectici, cum pungantur, neq; mouent, in quo differunt a lethargicis, qui quamuis non loquantur, attamen & ſentiunt et ſeipſos mouebunt ſi pungantur, & hoc veriſſimum eſſe expertus ſum, duos enim apoplecticos vidi in manibus aliorum medicorum, (ſcilicet) vnum in tutela Domini *Shurrin* medici gallici, et alterum in manibus Domini *Landwar* Germani, ambo autem moriebantur.

Apoplexiam fortem ſoluere, nulla facultas poteſt, debilem vero difficile, imò difficilimum, propter læſam reſpirationem, nequit enim facultas ferri per neruos & muſculos thoracis, quapropter his muſculis motu priuatis, intercipitur reſpiratio, vnde ſoluitur temperamentum cordis, fortem autem nominamus apoplexiam, vbi vehementer læditur reſpiratio, & è quorum oribus egreditur ſpuma, ſed ſi qui euadant in diuturnum morbum reſolutionis aliquarum partium, aut totius corporis, aut violatæ rationis incidunt. Celſ. cap. 27. lib. 3.

Ne ſepelientur apoplectici, niſi poſt tres dies naturales, multi enim illam ægritudinem recuperant, & fiunt paralitici, tres autem dies conſtituunt medici anteaquam ad ecleſiam portentur, quia in eo tempore omnes humores curſum ſuum explent, vnde aut intra illud tempus, aut nunquam erit aliqua agitatio, qua cognoſci poteſt num viuit apoplecticus nec ne, & ad vlteriorem probationẽ hortatur *Gal.* parum bombacis carpinati ad os & nares apoplectici teneri, ab aliquo manũ tremulam Curatio.

non habente, aliqui etiam ponunt ciathum aqua plenum super pectus ægroti discoopertum, vt videant an aliquid aquæ effusum sit per lacertos pectoris mouentes, aliqui iubent speculum bene tersum et politum ad os et nares apponi, vt videant num aliqualiter alterabitur.

Venæ sectio.

Venam secandam esse in hoc morbo consentiunt omnes, aut enim occidit, aut liberat, (teste *Cor. Celso*) vix enim aliud curationis genus sanitatem restituit, sed de qua vena accipietur sanguis contendunt medici: aliqui enim è saphena in malleolo, & venis remotioribus inciperent, aliqui e media frontis vena, aliqui è venis sub lingua, aliqui è iugularibus, aliqui, è brachio, (sed saluo meliori iudicio) ego ipse illorũ opinionẽ approbo, qui hortantur, inprimis cephalicã aperire, quia nisi cito euacuetur sanguis, morietur homo, postea verò sex horis interpositis ingulares secare non improbo, (cautè tamen) superponendo medicamentum è pilis leporis, aloe, thure, et albumine ouorum, qui enim (vt inquit *Alexander*,) circa caput aliquid moliri cogitat, priusquam totum corpus &c. copiosiorẽ materiã ad locum affectũ attrahit. Quoad quantitatẽ sanguinis referenda est ad iudicium medici, qui bene animaduertere debet, num sanguis peccet vt causa principalis, vel causa adiuuans.

Vena verò secta, aut iniiciendus est clyster, vt in lytargia dicitur, aut suppositorium longitudinis 5. vel 6. digitorũ, caputq; deradendũ est, et emplastrũ e castorij, euphorbij, ana ℥i. trium piperum, sulphuris, nucis moschatæ, anacardi, seminis vrticæ,

ana

ana ℥ j. fimi columbini, ℥iij. pulu. & incoporentur cum ficubus vel terebinthina, addendo olei petrolei, vel de piperibus, antè autem applicationem huius sinapismi, calfaciendum est caput caute (capillis prius præ rasis) cum ferro candente, ob panniculos, & inungendum cum oleo rutaceo & de castoreo, addendo parum spiritus vini, deinde apponenda sunt naribus fortissima odoramenta è ruta, castoreo, galbano, & similibus, vnà cum strictis ligaturis partiū inferiorū, sternutatoria verò non sunt imperanda, nisi post vniuersales euacuationes, sed ventosæ cum scarificatione super nucham appositæ in sanguinea apoplexia magni sunt emolumenti: quoad victum si leuis sit appoplexia, sit attenuatoria, vt in lethargia: & hoc notandum est vinum non propinandum esse, quanquam morbus in longum proteletur.

De Phrenitide.

Quòd phrenitis sit morbus periculosissimus (testib. *Gal.* 1. prognosticorum, & *Trall.* lib. primo cap. 13.) omnibus est in confesso, vnde autem constituatur (vt inquit *Trall.* & quo affectu laborante cerebro, & quæ curatio conueniat, de hoc omnes dissentiunt: ego autem *Gal.* sequutus vnà cum eo phrenitidem in hunc modum defino. Phrenitis est continua dementia quā sequitur febris, cum tumore calido meningum, (qui necessario est in phrenitide) cui connectitur læsio ingens facultatis cerebri, dependens à materiali intēperie calida.

Gal. 2. de causis sympt. lib. 1. de morb. vulgarib. li. 1. prior rhet. lib. 4. de præsag. ex pul.

Materia. Phrenitidis materia dicitur bilis, sed objjciet aliquis *Hipocrat.* & in aliquibus locis *Gal.* & *Paul.* & multos alios enumerare sanguinem, inter causas materiales huius morbi.

Respondeo *Gal.* bilem solummodo enumerare, cum de exquisitissima phrenitide scribat vt tit. 3. lib. 1. prorheticorum manifestè patet, de qua acutissima phrenitide locutus etiam est 3. lib de morbis vulgaribus vbi fatetur omnes intra septimum mortuos esse, qui primo statim die febricitarũt: vbi autem aut ipse *Gal.* vel aliqui alij de exquisita phrenitide (sed non exactè) scripserunt, de sanguine mentionem fecerunt. Sunt autem è recentioribus qui in hunc modum respondent, scilicet *Hipocratem* locutum esse de bili naturali, quæ nihil aliud est, quam sanguis tenuior, cum dixerit deliria cum risu securiora esse, qui à sanguinis exuperantia fiunt.

Donat. Rond.

Bilis. Quatuor autem sunt species bilis, è quibus progingnitur phrenitis. Pallida (teste *Gal.* cap. 7. lib. 3. de locis affect.) quæ nihil aliud est quam flaua bilis permista cum maiore quantitate serosa, vnde conflatur morbus mitior.

Gal lib. 1. de simpl. medic. facult.

Vel flaua bilis, separata à serositate, vnde vehementior fit morbus.

Vel æruginosa, quæ minus praua est quam atra.

Vel flaua præassata, idest atra, vnde vehementissimi morbi.

Vigiliæ

Vigiliæ immoderatæ, Somni turbulenti & aliquādo obliuio aliquando dolor occipitis.	Temeritas in respondendo. Spiratio rara & magna pulsus paruus & neruosus.	Signa futuri phrenitidis.
Continuum delirium cum febre acuta. Vigiliæ immoderatæ. Sitis non multa quamuis maxima sit causa quia mens ægrotat.	Respiratio magna & rara, teste *Gal.* ca. 3. li. 2. de different. respir, in quo loco rationem reddit. Pulsus parui, duri crebri, celeres & nonnihil vndosi.	Signa presentis morbi.

Si à sanguine laborent ægroti cum risu delirant, & cum oculorum remissa rubedine. Signa peculi.

Si à flaua bile, cum ferocia & oculorum flauitie.

Si à bile æruginosa siue atra, ferocissimi sunt ægroti & tanquam ferini.

Quoad victum & curationem: fingamus aliquem corpore caruoso & plethorico, auxilium nostrum postulantem, quia phreneticus.

Inprimis circa aerem intendendus est animus, (nempe) vt sit temperatus, nam vt insigniter calidus in hieme fugiendus est, vt qui caliditatem, & inflammationem augere possit, neque tamen in ætate insigniter frigidus aptus illi & vtilis est, vt qui materiam concentret meatus cutémque densando obstruat, quo fit vt prohibita difflatione, caput magis exæstuet.

Hoc

Hoc facto, curandum est, vt cubiculum sit sine picturis, aut rerum varietate, que animum mouere possint, & vt nulli præter familiares cubili ingrediantur, neq; hi nimis frequenter: vtrũ verò in luce, aut in loco obscuro continendus sit ægrotus, è natura phrenitici conijcere debemus: Si enim lux varias & vanas imagines illi suggerat, vel quæ in luce sunt extimescat, in loco obscuro collocandus est, sin tenebras horreat, è contra, sin nullum sit discrimen, respiciendi sunt vires, imbecilliores enim in obscuro continendi sunt: cubiculo in hunc modum præparato, curarem vt ægrotus quàm læuissimè contrectaretur, & in lecto suo detineretur, per famulos si diues esset, aut per vincula si pauperrimus, inordinatus enim motus, Si quid aliud vires prosternit, & somnum impedit, teste *Gall.* commento aphor. 28. secundi libri; pedes etiam reuulsionis gratia constringerem: quoad cibum autem, quam moderate me gererem, vt enim repletio eum magis insanare faceret, ita inedia vires debilitaret, darem igitur ptisanam pro cibo vel cremorem Auenæ, pro potu autem concederem aquam hordei, cum sirupo violarũ, vel de succo limonum, vel cum succo malorum punicorum acidorum, aliquando etiam vinum tenue album concederem, si antea consuetus fuerit bibere, his omnibus in hunc modum constitutis venam audacter secarem tanquam omnium primum & maxime futurum remedium: & quanquam aliqua sit controuersia de vena in hoc morbo aperienda, ego tamen (quia corpus plethoricum) medianam aperirem, & euacuationis

Paul Trall.

cuationis

cuationis et reuultionis gratia, si enim in principio venam capitalem tunderem, in maiori quantitate sanguinem ad locum attraherem. Si autem plethoricus non fuisset, cephalicam aperueram, vel venam in frontis imo, & in quo virtus non permittit venæ sectionem, cucurbitulas brachijs siue inferioribus partibus secundum intentionem euacuandi affigerem: vtrum autem in initio sufficiens sanguis capiendus sit, nec ne, sub iudice lis est: sed in hoc ægroto, sufficientem quantitatem detraherem, sequutus *Gal.* lib.4. de causis pulsum, & quia virtus cito succumbit, atq; ideo retardatio periculosa est, & quia molestum est sæpius detrahere, quanquam Ætius aliud hortetur vnà cum *Paulo* & *Areteo*, sed horum opiniones locum tenent in imbecillis non fortibus & carnosis: Detracto autem sanguine, aluum Clystere euacuarem confecto è decoctione quatuor emollientium, hordei, capitum papaueris, betæ albæ, & similium additis cassia, diacatholicone, electuario lenitiuo, melle violaceo, oleo violaceo, & parum salis; & quamuis *Auicenna* proponat scammonium attamen miscet cum sero lactis prunis tamarind. manna, cassia, & similibus. Euacuatione in hunc modum facta caput madefacerem cum oxirhodino, ne nimis calefactum liberalius humores attraheret, in quo intingerem pannos lineos, & anteriori parti capitis applicarem in æstate frigidos, in hieme calidos, & cum calefieri incipiant, amoueri faciam: aliqui sequuti, *Gal.* 13. lib. method. hortantur cucurbitulas magnas capiti admouere, cum sca-

ſcarificatione, ſuper ſuturã coronalem aliqui vertici; ſed quomodo cucurbitula his partibus adherere poteſt nõ bene cõcipio; ſed quia in hoc morbo vigiliæ multũ infeſtãt, ideo darem grana quatuor antedicti noſtri medicamenti, quod feliciſſime (ſi quid aliud) ſomnum prouocat, ſed qui hoc paratum non habent vtantur ℈ 1. Philonij Romani, vel granis nouem ſpecierum philonij, vel ʒ 2. Diacodij cum aqua lactucæ ʒ 2. vel applicetur vnguentum recens populeonis ad ſomnum fronti & temporibus: his factis ſi vllo modo poſſem intro darem aliquod medicamentum purgans, ex manna, diacatholicone, & ſirupo roſarum ſolutiuo.

De Paraphrenitide.

Paraphrenitis eſt delirium ſymptomaticum in ſtatu ſiue vigore febris accidens in quo differt à phrenitide ceſſatq; ceſſante vehementia febris.

Causa. Acres vapores ad caput eleuati ob inflamationem alicuius membri nempe pulmonum diaphragmatis & ſimilium.

Signa. Vigiliæ delirium.

Cura. Omnes medici conſentiunt venam non eſſe ſecandam quia virtus debilis, ſed ſomnum prouocandum eſſe ſuaui aliquo medicamento vel topico aliquo externo, vt in phrenitide dictum eſt.

Historia. Vltimo die Aprilis anno domini 1590. accerſitus fui cum altero medicinæ profeſſore cuidam generoſo cognomine Fuller qui per duos dies naturales

turales

turales ratione febris ardentiſſimæ paraphreniticus fuit, cuius venæ & arteriæ vniuerſim tremebant, concilium cepimus de morbo, tetigimus pulſum, vrinā inſpeximus cum alijs circumſtantijs. Ego autem quid de ægroto putarem adſtantibus dixi, ægrotum ſcilicet in magno diſcrimine vitæ periclitari, & ratione morbi acutiſſimi & ratione ætatis & virium (ſexagint. enim ferè annorum erat) neque aliquid eſſe præter venæ ſectionem in quo confiderem, alter verò nihil faciendum eſſe affirmauit, & multo minus venam ſecandam eſſe ſed præſbitero relinquendum, atque ex pulſu intermittente mortem ea nocte aduenturam prædixit, & in hac opinione confirmatus diſceſſit: dum hæc agebantur, & reuocans in memoriam pulſus intermittentes in pueris & ſenibus non ſemper præſagire ineuitabilem mortem, & bene percipiens, per mollitiem pulſus, & plethoriā corporis, & alias circumſtantias, naturam potius grauari ex plenitudine, & imbecillitatem virium oriri priuatiuè per ſuffocationem, quam poſitiuè ex defectu naturalis caloris, dextri brachij baſilicā circa horam quartam à meridie aperui, & ℥ 7. ſanguinis extraxi, & ante ſolis ortum proximo die ad ſe redijt, & conualuit, & adhuc ſuperſtes viuit.

Sit cibus hordei cremor, vel ius macri pulli alteratum cum refrigerantibus: ſit potus aqua hordei, cum ſirupo acetoſitatis citri, ſiue de ſucco limonum, neque detur ægroto potus frigidus, ſed tepidus, ſi morbus oriatur ex inflammatione diaphragmatis. Victus ratio.

Si verò aluus ſit adſtrictus, detur cliſter emolliens.

De Incubo.

Incubus dicitur ab incubando, eſtq; imaginatio ſuffocationis, cum oppreſſione, exclamandi impotentia, vocis priuatione, aut inani vociferatione nihil ſignificante: prima cauſa crapula, ſiue cibi plenitudo in ſtomacho quo repleti comprimitur diaphragma, vnde vapores clauduntur in ſpiritualibus, è quibus comprimitur cor, è cuius compreſſione, per communitatem totum comprimi videtur.

Cauſæ 3.

Secunda cauſa ſomnus ſuper ſatietatem cibi, vnde tempore ſomni, retinentur vapores, qui tempore vigiliæ reſoluuntur.

Tertia cauſa, dormitio reſupina, (teſte *Auicenna*) Aliqui (ſed falſo) exiſtimant, dæmonem in aere exiſtentem, imprimere aliquam qualitatem malitioſam in membra patientis, vnde fiunt impotentes ad aliquid agendum. Repletio ventriculorum cerebri cum vaporibus craſſis, facultates per neruos tranſire prohibentibus, dicitur immediata cauſa huius morbi.

Cauſa imme-

Sympt.

Suffocationis imaginatio, grauitas, immobilitas, vocis priuatio, vel inanis vociferatio.

Cauſæ repletionis.

Repletio autem ventriculorum cerebri, accidit duplicem ob cauſam, { Internam, Externam.

Ab

Ab interna, vt a ſanguine, pituita, ſiue melancholia.

Ab externa, vt a frigore ingenti in ſomno, e quo incraſſantur & concentrantur vapores, nec efflari poſſunt.

Eſt malum non negligendum, quia (teſtibus *Auicenna*, *Rhaſi*, multisq, alijs) eſt anteceſſor epilepſiæ melancholiæ, ſiue apoplexiæ. Prog,

Sit dieta tenuis et flatus expers, ſit cæna præcipuè bræuis, et cum oriatur a ſanguine detrahentur carnes, vinum, et omnia quæ copioſum ſanguinem generant. In materia verò pituitoſa, minoretur cibi quantitas, vinum autem in parua quantitate concedi poteſt. Victus.

In materia melancholica regatur patiens, prout poſtea in capitulo de melancholia dicetur.

In materia ſanguinea, venæ ſectio in cubito ſufficiet, aliqui autem ſaphenas aperire ſuadent, ſed nunc dierum exploſa eſt hæc opinio. In alijs autem cauſis, purgentur ægroti hyera Pachij, vel Rufi, vel Archigenis, vel pilulis cochijs, aut de lapide lazuli, prout cauſa poſtulet. Medic, ratio. Rhaſis. Auicenna.

De Melancholia.

Per hoc vocabulum intelligo delirium melancholicum, coniunctum cum timore, & mæſtitia.

Melancholia eſt corrupta imaginatio, cum timore et triſtitia abſq; febre, (*Actuarius* tamen lib. 1. method. medend. addit hoc aduerbium ferè, quaſi ali- Melancholiæ deſcriptio.

ſi aliquando cum febre viderat.

Non vnus humor melancholiæ parens, ſed plures, (teſte *Tral.*lib. 1. cap. 17.)

Materia.

Caligo quædam rationali animæ parti circumfuſa, vnde oritur timor: melancholicus enim (teſte *Gal.* libro ſecundo de cauſis ſimptomatum, & libro de vſu reſpirationis, & libro quinto de locis affectis: vná cum Ætio tetra. ſecunda, ſermone ſecundo:) cauſam timoris ſecum in corpore circumfert, ratione coloris atræ bilis; qui rationem obumbrans, timorem efficit, haud ſecus quam magnæ & profundæ tenebræ externæ pueros terreant.

Cauſa efficiens.

Progignitur vero hic morbus dupliciter, ſcilicet per primarium capitis affectum, et per ſympathiam.

Si per primarium affectum, tunc fit aut propter miſtionem alicuius materiæ melancholicæ cum ſpiritu animali, aut eiuſmodi qualitate in reticulari plexu cerebri ſuſcepta, vnde proficiſcitur tenebroſitas.

Aut per propriam ſubſtantiam ſpiritus animalis, (teſte *Ætio*, ſi bene intelligatur) nempe vel vbi gignitur ſpiritus nutritiuus, tenebroſus ratione victus, aut iecoris calidioris, et habitus atrabilarij, vnde fit vitalis, in corde eiuſdem qualitatis, et ex vitali tenebroſo in caput delato, procreatur ſpiritus animalis tenebroſus.

Vel vbi probus gignitur ſanguis in hepate, è quo cor diſcraſiatum, progignit ſpiritum vitalem tenebroſum, vnde ſpiritus animalis non diſſimilis oritur,

oritur: nocumentum enim cordis semper associat nocumentum crebri, teste *Auicenna.*

Cor verò distemperatur, vel ex aere, vel ex morbo, vt in febribus pestilentibus, vel per compationẽ ratione cerebri quod vel præ nimio calore exæstuans, auget calorem cordis, vnde cor nimis calidum resoluit portiones diaphanas, & reddit sanguinem opacum, vel præ nimia intemperie frigida cerebri corde nimis refrigerato, exprimuntur partes luminosæ, vnde redditur spiritus vitalis tenebrosus, & in hunc modum dicuntur vigiliæ, solicitudines, et mæstitia, procreare melancholiam, nempe quia refrigerant cerebrum, & cor secundariò. Gal. cap. 7. lib. 7. de locis affectis. apho. 23. sect 6.

Si per sympathiam proueniat melancholia, tunc vel per consensum ventriculi, vel hepatis, (vt antea dicitur) vel lienis, vel venarum meseraicarum, vel vteri.

Si ventriculi vitio, tunc fit consortij lege, melancholia enim non potest impartiri ab inferioribus partibus, quin os stomachi supernum afficiatur. Trinc.

Si vitio hepatis, tunc fit ob intemperiem.

Si vitio lienis, tunc aut quia frigidior non attrahit, aut quia obstructus seu in tumorem adauctus, non suscipit, aut propter debilitatem non expellit.

Si ratione meseraicarum, tunc aut quia obstruuntur, aut nimis incalescunt, vnde sanguis crassior redditur, qui venas obstruit, et chilum prohibet, qui cùm genitus in ventriculo, rapiendus sit ad iecur, retinetur, corrũpitur et in flatus vertitur,

vnde

vnde vapores &c.

Si vitio matricis, tunc ob menstruorum retentionem accidit.

Signa communia.

Timor, Tristitia, Desipientia, falsæ suspiciones, amicorum auersio, &c.

Signa pecul.

Qui per primarium affectum capitis laborat, semper cogitabundus est, continuó descipiens, sine vllo errore in victu commisso, attamen si a permissione materiæ melancholicæ, vel vaporis alicuius cum spiritibus animalibus oriatur malum, mitiora erunt symptomata, sin ratione propriæ substantiæ ipsius spiritus animalis, sæuiora erunt: deindéq; cogitandum est num ratione totius corporis fiat, vel ratione cordis, quod facilimè diiudicatur per habitum atrabilarium, gracilitatem naturalem, aut acquisitiam corporis nigritiam, siue hispiditatem, venas amplas, et plænas sanguine atro, aut per complexionem naturalem, siue accidentalem, quam maximè sumitura pulsu.

Qui verò per simpathiam ventriculi ægrotat, non perpetuò delirat, sed augetur & diminuitur morbus, prout benè vel malè se habeat stomachus, teste *Gal. 2.* de differentijs febrium circa finem.

Gal. 3. de natur. facul. & 6. de locis affectis.

Si vitio lienis quia non attrahit, orietur icteritia nigra, vel ad minus liuiditas seu plumbeitas coloris, viuidus enim color peribit.

Si propter obstructionem, percipietur tensio, dolor, grauitas, regurgitabitq; succus melancholicus in stomachum, vnde debilem reddet stomachum reprimendo calorem naturalem, à quo perficitur

concoctio

concoctio, & hoc facilius fit, (teste *Gal.* 6. de vsu partium) quia parua pars ſucci melancholici naturaliter fluit ad os ſtomachi, quæ corrugando, et irritando, non refrigerando famem excitat.

Si propter tumorem, ſiue ſcirrhum, turgebit hypocondrium ſiniſtrum, vnà cum indicijs ſcirrhi.

Si propter debilem expulſionem, deficiet appetentia, vnà cum tumore et dolore.

Si vitio meſeraicarum, et meſenterij, increſcenti malo, ſentitur murmur, augetur abdomen, erumpent multi crepitus per inferiùs et ſuperiùs, ructus, acidi, cruditates, æſtus circa præcordia, & hypocondrium ſiniſtrum, ſputa plurima, tenuia, aliquando fæces liquidiores, niſi nimia caliditas exſiccet humiditatem fæcum, vel a flatibus adſtringatur aluus, vt ſæpe fit, teſtibus Mont. Conſ. 237. et Trinc. 35. aliquando etiam vertigines et maiori ex parte dolor poſt cibum aſſumptum.

Priuſquam de medicamentis mentionem faciamus, pauca neceſſariò ſunt notanda. Curandi. methodus.

Inprimis neceſſarium eſt priuſquam corpora ſoluentibus medicamentis euacuemus, lenitiuum aliquod præponere.

Deinde in præparando corpus, aut euacuando, ſemper a leuioribus incipere, lenitiuo verò dato venam ſecare, corpore autem expurgato, et per venæ ſectionem, et per ſeceſſum, balneum imperare ieiuno ſtomacho, vel ſaltem concoctione expleta, et toti corpori adhibendum eſſe, ſed præcipuè primario membro, vt exempli gratia, ſi melancholicus per eſſentiam ipſius capitis laboret,

circa caput per ſpongias adminiſtrandum eſt: præterea, in materia melancholica vitio iecoris calidioris, ſemper admiſcenda ſunt frigida ſoluentibus, vt ſerum lactis cum epithimo.

Si vitio lienis, calida ſoluentibus, vt mulſa cum epithimo, & in recenti morbo, potius leuiora medicamenta ſunt ſæpius exhibenda, quám fortiora, teſtib. *Gal.* lib. ad *Glauc.* & *Ætio*, ne tum modico calore: tum a remotis partibus attractione augeatur morbus.

Prognoſt. Mont. Conſ. 26.

Melancholia ſub præcordijs difficillimè curatur per primarium autem affectum capitis totaliter nõ extirpatur: *Gal.* tamen 3. de locis affectis gloriatur ſe vſu balnei et pilulis rufi aliquos curaſſe.

Curatio.

Circa venæ ſectionem multum diſſentiunt medici, *Gal.* enim *Paulus, Oribaſius*, et omnes ferè antiqui, proponunt venæ ſectionem, in ne vlla ſpecie melancholiæ, præterquam in ea, quæ oritur per conſenſum totius corporis: imò *Orib.* affimat, non opus eſſe ſanguinis miſſione, ea ſola excepta: vnde *Gal.* ad probationem melancholiæ, iubet phlebotomiam fieri, & ſanguinem inſpiciendum eſſe, & ſi ſanguis niger et ater exeat, vt in atrabilario habitu ſolitus eſt effluere, permittendum eſſe, ſin minus ſupprimendum. Recentiores verò, venæ ſectioné in qualibet ſpecie approbant, quam opinionem approbare videtur *Alexander*, et huic opinioni egomet ſubſcribo. Si ſanguis igitur iuxta cerebrũ ſolũmodo melancholicus exiſtat, in medio frontis vena ſecanda eſt, ſi ſanguis ratione totius habitus peccet, in in cubito. In melancholia verò hypocondriaca in

poplite,

poplit. vel hemorrid. Si ſanguis offendat, et ratione hepatis, et cerebri, & in cubito, et in fronte vena ſecanda eſt, reſpectu virium, non coloris, ſiue prauitatis ſanguinis habito, nam quamuis ſanguis ſit nigerrimus, & concretus, qualis amurca, attamen eſt naturæ prædium, et alimentum.

Proponamus igitur exercitij gratia, aliquem ex primario cerebri affectu melancholicum, auxilium petentem, in quo ſanguis ſolummodo circa cerebrum peccat. Inprimis præmiſſo lenitiuo, ex ℥ Ic. diacatholiconis, venam in medio frontis ſecarem, deinde victum humidum boni ſucci, et flatus expertem præſcriberem, deinde vterer pro ternis vicibus potione ex ſirupo de pomis, de ſucco bugloſſi, et de bethonica, cum aqua meliſſæ, poſtea euacuarem cum ℈i. ellebori nigri, more chimico extracti, in ℥vj. iuris macri pulli, deinde vterer balneis toto corpori, et etiam capiti, cum ſpongijs, præraſis etiam capillis, quotidiè poſt balneum oblinirem caput cum oleo amigdalarũ dulciũ, & violarũ, niterer q; omnibus modis occaſionem omnem triſtitiæ, metus, et ſolicitudinis auferre, & efficerem, vt pro diuerſa deprauatæ imaginationis ſpecie, ab eadem reuocaretur, aut perſuadẽdo, aut aliquid agẽdo, quæ affatim mutationẽ efficere poſſit: exemplo *Tralliani* & *Philodoti*, et aliorum medicorũ, qui cum videbant melancholicum quendã imaginare caput propriũ amputatũ fuiſſe, impoſito repentè capiti ipſius plumbeo pileo grauitatem ſentiens melancholicus caput ſe recepiſſe rurſus gauiſus eſt, et mulierem quæ ſerpentẽ deuoraſſe ſe putabat, dato vomitu, anguem extinctum in vas, in quo euomuit,

posuerunt, quem videns mulier, putauit se reiecisse et a vana illa imaginatione liberata fuit, interea dum hæc aguntur, somnum prouocarem, exhibendo quantitatem nucis magnæ hora somni sequentis electuarij.

℞ sacchari rosarum ℥ij.
philonij optimi ℥iß.
specierum diarrodon.
aromatici rosarum ana. ℈ij. cum sirupo de papauere fiat electuarium.

Confortarem etiam cor et cerebrum, cum diamusco dulci et amaro electuario de gemmis, & confectione de hiacintho: notandum autem est in his compositionibus, gemmas et alios lapides prætiosos dissoluendos esse secundum artem.

Si verò afficiatur cerebrum ratione cordis, alteretur cor ad contrarias qualitates, appropriatis alterantibus, vt exempli gratia, si complexio sit multum calida, cum sirupo de succo limonum, vel similibus: si sit nimis frigida, cum extractione croci, vel similibus, vt optimé demonstrat *Auicenna* in capitulo de viribus cordis.

Proponamus nunc aliũ melancholicũ ex toto habitu, qui sanitatis recuperandæ causa me accersit.

Inprimis præordinato regimine victus, vt postea dicetur, exhiberem ℥j. electuarij lenitiui, cum ʒij. specierum hyeræ simplicis Galeni; hoc facto, venã in cubito secarẽ, secundùm tolerantiã ægroti: deinceps sequentẽ potionẽ (prout opus fuerit) pluribus vicibus exhiberẽ, ℞. sirupi de succo fumariæ et de pomis, ana ℥j. sirupi de corticibus citri et ex infusione rosarum, ana ʒß. cum ℥iij. aquæ bu-

glossi

buglossi: fiat potio post quam exhibeatur talis purgatio. ℞.florũ cordialiũ,lupulorum, fumariæ ana, q ß hordei mundi ʒ 1. senæ,ʒ 3. epithimi ʒ 2. vuarum passarum detractis nucleis, ʒ ß prunas numero 3. Fiat decoctio in cuius colaturæ, ʒ 4.dissolue mannæ, ℥ 2.sirupi Augustini,ʒ.2.vel sine his diasenæ siue confectionis hamech ʒ ß .Huius classis medicamentis iterum atq; iterum (vrgente necessitate) vtere, & in rebelliori morbo, veratro antedicto,& pilulis ab alexandro, de lapide armeno multum laudatis: corpore nunc purgato exquisitè balnea pro ægroto meo pararem, & electuaria lætificantia : & in hac antedicta methodo vnà cum dieta sequenti spem salutis collocarem.

Fingamus nunc tertium Melancholicum, ex hypocondrijs laborantem , auxilium postulantem.

Huic imprimis lenitiuum vt antea darem, postea,venam in cruribus siue in malleolis aperirem, duplicem ob causam,prima quia ex obstructionibus fit inflammatio præsens vel futura, deinde quia sanguis subsistit hepate atq; ideo venæ inferiores sunt aperiendæ, alias sanguis probus euacuaretur,& malus sursum traheretur, vbi intentio nostra planè contraria est: hoc facto, ad præparandum corpus,ordinarem potiones ex sirupo de cichorio *Nicholai*, sirupo bisantino completo, de fumaria, & de pomis, cum sero caprino per cocturam separato (aceto scilicet imposito) deinceps purgarem corpus,in hunc, vel similem modum.℞. confectionis ʒ ß.sirupi rosarum solutiui ʒ 3. aquæ

boraginis q. sufficit, vel ℞ confectionis hamech, ʒ ß, foliorum senæ, epithimi ana, ʒ 1. fiat bolus.

Aetius Paul.

Purgato autem corpore absinthij decoctum assiduè præberem, vnà cum vrinam mouentibus, deinceps exteriùs fouerem hypocondria, cum decoctione chamomillæ, maluæ, altheæ, & similium, & apponerem cataplasma sinistro hypocondrio, confectum ex oleo, in quo incoquntur ruta, anethum, serpillum, absinthium, artemisia, pulegium, & baccæ siue tenera folia lauri, aliquando etiam omisso antedicto cataplasmate, vterer vnguento Nardino, & locum lana amplissima, & pelle agnina, contegerem, imo aliquando ad euacuandos flatus, inanib. cucurbitulis vterer, nec nō sinapismo Ætij vtrū verò sequerer *Ætium* & *Paulum*, in exhibitione coclearis vnius acris aceti post cibum quotidie, dubito, quia *Hipoc.* 3. de ratione victus affirmat, acetū prodesse biliosis, officere autem melancholicis, vnde Fernelius acetū, frænum bilis vocat, vitam verò melancholiæ: ego potius darem secundum decretum Oribasij lib. 8. sinapis, acetum mistum cum polipodio, vel similibus, & in fine darem medicamentum ex limatura chalibis præparata.

Dieta generalis.

Sit aer temperatus & crebro mutetur.

Sit moderatus vsus veneris, (non mediocriter enim cōfert, teste *Areteo*) prouocetut lætitia omnibus modis quibus fieri potest, dormiatq; ægrotus quantum vllo modo potest (somnus enim humectat caput, & curat melancholiam) vtetur melācholicus bis in septimana brodio pulli, in quo incoqūtur radices polipodij, petroselini, liqueritiæ, borago,

rago,& buglossũ;diebus interpositis,vtetur iure ex carne pulli,malua, spinacia,blito,borag. et passulis.

Ne nimis ad ignem appropinquet capite, habeat beneficium alui quotidie, aut arte, aut natura, bibat vinum tenue mediocriter, sit panis fermentatus cum paruo anisi,abstineat à carne bouina, vel castratorum,ab auibus aquaticis, à carne porcina, & generaliter à piscibus(quamuis aliquãdo passerculæ,mulli,soleæ,& id genus piscium concedi possunt)à caseo antiquo,pastilibus, lacticinijs, placentis omnibus,leguminibus, omnibus oleribus siue acetarijs, except. lactucæ,borag. buglosso, calend. spinacia,lupulis,asparago, ceterach. capparib. vel cichorio.

De vera Paralisi.

Paralisis est necessario & sensus, & motus amissio,in aliqua parte humani corporis: quanquam enim *Gal.* lib.3. de locis affectis commemoret, motum solum aliquando auferri, attamen in eo loco de imperfecta loquitur,vbi vero in eodem loco, & in primo de causis simpt.cap.5. sensum & motũ aliquando auferri affirmat,de perfecta mentionem facit. Aetius, Orib. Paul. Trall. Arnal. Rond.

Paralisis vero efficiens causa, est frustratio facultatis motricis. Casa efficiens Aetius tetr. 2. serm, cap. 28.

Materia verò, vel sanguis, dum aut multitudine obstruit, vel humiditate spiritus extinguit, aut consopit; vel flaua bilis, si Fernelio credamus, quod tamen credendum non est; vel pituita, crassa transitum spirituum obstruens; sunt tamen qui

Materia { Sanguis / Pituita cra[ssa] / Melanchol[ia] / [illegible] { frigida

qui putant pituitam alio modo generare paralisim, scilicet quia neruos madefacit. Ego verò Trinc. assentior, qui magna (in meo iudicio) ratione adductus, constanter affirmat, neruos ex humore absorpto madefactos, in latum potius augeri, & ita conuelli quia detrahitur de eorum longitudine; vel melancholia, fluxum spirituum impediens, aliter enim fieri non potest vt sit causa, cum ex sua natura sicca existens, potius induraret, quam emolliret neruos.

Rond.

Vel intemperies calida aut sicca, testib. *Ætio*, & *Alexandro* contra verò *Auicenna*, & *Gal.* lib. de locis affect.

Ratio.

Non numeratur autem calida intemperies inter causas (prout illis visum est) quia non aduersatur radios spirituum animalium, nec calidum insitum ipsius musculi.

Vel frigida intemperies, refrigerat enim musculos, vt non possit admittere facultatem: vt exempli gratia, accidit illis qui diu sedent super lapides frigidos, vel diutius morantur in aquis, vt *Gal.* denotat, (sed saluis eorum opinionibus, bis dum ipse medicinam exercui, duos paraliticos factos fuisse, ex hac occasione vidi (nempe) quia cum calidissimi fuere, sine respectu se ipsos refrigerauerunt, atq; ideo concludo, calorem in his fuisse, vel causam adiuuantem, vel sine qua non (scilicet) quia calor tum fusit pituitosos humores, & ad fluxũ paratiores reddidit, tum poros aperiendo magis paratos effecit, quo faciliùs materia morbifica, ad neruos perueaderet, non aliter quã vinũ dicitur generare paralisim.

Vel

Vel paucitas ſpirituum, vel ſtrictura brachij ſiue alterius membri, vel ictus ſiue caſus (ſcilicet) per cõpreſſionẽ,vel vulnus per continui ſolutionẽ.

Immobilitas, ſenſus ſopitus,nec caliditatem,nec frigiditatem, nec aliquem vellicantem, ſiue ſcalpentem,percipiens. Signa communia.

Si à ſanguine oriatur morbus, aut adeſt ſignum inflammationis,vel abundantiæ ſanguinis, vniuerſim in corpore. Signa pecul.

Si à pituita, habitus coporis aut pinguis eſt, aut præceſſit victus pituitoſior, aut ſupprimitur aliqua ſolita euacuatio, aut præceſſit multa deſidia,(& vt vno verbo dicam) aderunt ſigna propria pituitæ

Si à melancholia, aderunt propra melancholiæ ſigna.

Si ab intemperie frigida, præceſſit aliqua cauſa refrigerans.

Si à paucitate ſpirituum, tunc præceſsit aut immoderatum ieiunium, aut immoderatæ vigiliæ, aut immoderatus coitus.

Si à membri alicuius conſtrictu, ſatis patebit,& membrum inferius paraliticabitur.

Si ab ictu, caſu, diſlocatione, ſiue vulnere, ſatis apparet.

Quot modis ſit paraliſis.

Fit aut ex cerebro.

Aut ex principio ſpinalis medullæ ſiue nuchæ.

Aut ex dextra, ſiue ſiniſtra parte nuchæ.

Aut ex aliquibus neruis particularibus inde procedentibus & exortis, resolutis aut in musculo, aut extra musculum.

Signa. Si vitium sit in cerebro, impartitur morbus faciei, siue partibus eius.

Si in principio spinalis medullæ impartitur malum partibus infra collum.

Si ex dextra siue sinistra parte nuchæ, post principium erit vniuersa paralisis dextræ, siue sinistræ partis, sub collo, vt enim cerebrum diuiditur per miringas, ita nucha per panniculum medium, transeuntem per eam intra spondiles.

Si vitium sit in particulari aliquo neruo, sequitur resolutio illius particulæ cui neruus inseruit.

Vtrum in musculo, siue extra musculum resoluatur neruus, per applicationem remedij iudicabitur, si enim in musculo sit vitium, medicamentum applicatum parti resolutæ iuuat, sin extra musculum, contrá.

Quoad particularem cognitionem, bræuitati indulgens, refero lectorem ad *Alexand. Paulum, Ætium*, & ex recentioribus *Rondeletium* qui de particularibus copiosissimè scribunt.

Prognost. Si ex vulnere & solutione continui, siue ex luxatis vertebris, vel vehementi compressione, vel ex ictu, maiori ex parte immedicabile malum est.

Si ex viscida & crassa materia obstruente, difficilè curatur.

Curatio. Inprimis, si vitium sit, primariò in cerebro, vt quādo facies siue aliqua faciei particula resoluitur, secundū decretum Ætij tetra. 3. sermo. 2. aperienda

est vena è brachio opposita, sed minor sanguinis quantitas detrahenda est, quam res postulat, quia morbus frigidus est, & nerui per quietem refrigerantur, ideo nō sunt refrigerandi per venæ sectionē.

Sed obijciet forsan aliquis, cur igitur in pituitosa causa hortaris venæ sectionem? vel cur potiùs non vetas detractionem sanguinis? Obiectio.

Respondeo, venæ sectionem conuenire etiam in causa pituitosa, quamuis in minore quantitate quàm in sanguinea, duas ob causas.

Inprimis, quia detrahitur aliqua portio pituitosi sanguinis, vnde alleuiatur natura.

Deinde, quia cum coacti simus medicinis calidis, & exsiccātib. vti, tutius operari possumus sine timore liquefactionis: secta autem vena, purgandus est ægrotus, pilulis coch. fœtidis vel simil. vt & interdum agarico, electuario Indi maioris, diaphænic. & similibus. Deinceps preparandū est corpus in hunc vel similem modū. ℞. florum bethonicæ, primulæ veris stæchados saluiæ ana ℥ 3. florū borag. buglossi ana, p. ß. cichorei, chamepit. fumariæ, ana, p. 1. senæ orient. ℨ 9. aquæ q. ß. bulleāt ad ℥ 9. pro tribus vicibus: huius accipe vna vice ℥ 3. sirupi rosati solutiui cū agarico, ℥ 1 ß. fiat potio, hac potione tribus vicibus propinata, iterū euacuandū est corpus cum antedictis medicamētis, sanguisq; mittendus est, e venis sub lingua, vt *Alexāder* nobis decretū reliquit, li. 1. c. 16. deinde de inungēdus est locus cū oleis de costo, euphor. piper. castoreo vulpino, vel vnguētis ex his præparatis addito vnguento, Areg. & spiritu vini in quo per aliquot dies sequentia

 infusa

infusa fuere, scilicet saluia, iua arthetica, cubebæ, chamepithis, flores rorismarini, & caro scillæ, & lauetur etiam locus, cum hac infusione circum circa, priusquam obliniatur, deinde applicandum est aliquod vesicatorium, proutpars requirat, nec inconueniens est, sed multum conducibile, ante applicationem vnguenti suffumigio è pirite vti, siue è lapide molari, asperso aceto medicato, cum antedictis: aliquando etiam ad exiccationem cerebri, optimo cum successu recipitur sequens suffumigium. ℞. Gum hederæ, nigellæ torrefact. ana, ℥ 2. mastici, thuris, mirrhæ, cubebarum ana, ʒ 6. beniobin, storac. florum anthos, stæcados ana, ʒ 1. ß. macis, gariophillorum ana, ℈ 1. pulueriséntur grosso modo: fiat suffumigium. Et memor sum circa annum domini 1588. dominum Archloe virum sanc ob doctrinam dignum memoratu vnà cum reuerẽdissimo domino doctore Langhton, per antedictam methodum curasse *Nicholaum Saunders* armigerum, qui resolutionem genæ vnà cum labro suo passus est.

Rond.

Historia.

Si verò vitium oriatur in spinæ medulla, tunc præcedenti euacuatione, & venæ sectione, adhibenda sunt topica ad nucham, vnà cum balneis naturalibus (si fieri possit) bituminosis, sulphureis, & nitrosis: sunt tamen qui probant salsa, & aluminosa, quæ tamen meo iudicio ob constrictionem non sunt adhibenda, nisi in declinatione.

Arnal.

Si verò vitiũ ab aliquo neruo proficiscatur, tunc ex anatomia cognoscẽdus est locus, & corpore (vt

antea

antea dicitur) exquisite euacuato, adhibenda sunt medicamenta membro primario affecto, siue sit in musculo, siue extra musculum, vt exemplum reliquit nobis Gal.

Medicamenti descriptio pervtilis ad paralisim: ℞. galbani lib. ß. gummi hederæ ℥iij. ol.lauri ℥i. terebinth. lib.i. distillentur more balsami.

Multum etiam proderit stupha sicca more Rond. parata.

Quoad dietam, sit prorsus attenuatoria, nihil viscosi habens, et præcipuè è siccis cibis, sitq; potus modicus, et aliquantulùm medicatus, nempe rorismar.saluia vel similibus, sitimq; ferant ægroti, quantum vllo modo possunt, neq; bibent ægri vinum, nisi propter morbi diuturnitatem,aut consuetudinem, si non medicatum & coctum, vt antea dicitur de potu, quod in eundem modum sæpius dandum est, prout *Arnaldo* visum est, neque contrariatur *Arnaldus Cornel. Cælf.* cum dicat vini vsum periculosum esse, quia vnus de vino simplici, alter de vino decocto loquitur: sit aer calidus & siccus,& prouocetur aliquando ira, vel furor, imo & febris, in processu temporis, qui bene inducitur (teste Mesue) cum quantitate 4. gran. confectionis anacardinæ sumpta, nec minus confert fricare linguam cum antedicta confectione vbi deprauatur sermo, teste *Math.*grad.

Dieta.

Simile Gal. com.aph.5. lib.6.

De Conuulsione.

Conuulsio est constrictio neruorum, et lacertorũ,

torum, præter naturam, et citra voluntatem.

Muſculi qui inuoluntarie mouentur, contracti a neruis, dicuntur cauſæ efficient.

Cauſæ effic.

Conuulſio duplex. { Exquiſita, Notha.

Exquiſita (de qua loquutus eſt Gal. libro 8. κατὰ τόπους & *Hipocr.* aphor. 39. ſect. 5. *Paul.* verò libro tertio de re medica, cap. 19. *Ætius* autem tetra. 2. ſermo. 2. et cap. 28.) contingit vel ex plenitudine, vt exempli gratia, vel e ſanguine ob inflammationem, vel apoſtema, teſte *Gal.* 2. de cauſis ſimpt. et lib. 2. com. in primum epidemiorum.

Vel e pituita, vt patet per aphor, 26. ſect. 6.

Vel a melancholia, ſed rarius.

Signa exquiſ. paral.

Si aliquis ſanus de repentè conuellatur.

Vel ſi ab initio morbi aut non multò poſt, teſtib, *Gal. Paul. Orib. Ætio* et multis alijs ex plenitudine morbum oriri conijciendum eſt.

Si poſt multos ſudores, vomitus, alui excretiones, aut ſanguinis eruptiones, aut vigilias immoderatas, aut famem, aut vehemẽtes motus, vel febres ardentes, quiſpiam conuellatur, ex inanitione conuelli putandum eſt.

Cauſæ nothæ paral.

Vel flatus, de quo loquitur *Gal.* li. 2. de cauſis ſimpt. implens muſculos, non neruos.

Vel humor bilioſus erodens os ventriculi, & afficiens neruos, de quo loquitur *Gal.* 12. method. & 5. de locis affect.

Vel aliqua qualitas mordicans, vt ſi quis piper comediſſet

comediſſet, de quo locutus eſt *Gal.* libro ſeptimo, ſecund.loc.et lib.de compoſitione medicamentorum.

Vel aura venenoſa, vt ab ictu phalangij, teſte *Gal.* lib.3. de locis affect.& *Mont.Conſ.*50.

Vel lumbrici, teſtibus *Gal.* & *Paulo*, lib.4. de re medica.

Vel aſſumptio veratri albi, teſtibus *Gal.* 12.meth. comment. aph. 2.ſect.5. & *Ætio* tetra.2.ſermo 2.

Vel vulnus, teſte *Hipocrate.*

Vel punctura neruorum, et muſculorum, teſte *Areteo.*

Vel vapores e matrice, teſte *Trinc.* libro 3. conſiliorum.

Vel frigus,(teſte *Areteo*) quot autem modis frigus inducere poteſt conuultionem, dilucidè patet 9.methodi, & com. aphoriſ. 13. ſect. 6. & 12. methodi et in diuerſis alijs locis, quos de induſtria vt ſuperfluum omitto.

Vel vehemens ictus ceruicis.

Vel aborſus, teſte Areteo.

Conuultiones e vulnere læthales, *Hipo.*

Conuultiones è ſiccitate, maiori ex parte læthales, vt *Paulo*, *Ætio* & *Gal.*aph.26.ſect.2. aph. 57.ſect. 4. viſum eſt: quomodo autem diſtinguitur ſiccitas, patet per *Gal.* lib. de palpit. & capit. vlt. 12. method. Prog.

Conuultiones a materia venenata, periculoſiſſimæ.

Spaſmus è repletione, ſuperuenienti febre liberatur, teſte *Hipoc.*57.aphor.4.lib.

Quia

Victus ratio. Quia (vt inquit *Gal.* libro de accidentibus) febris calida et sicca consumit mollitiem neruorum, sit victus, vt in antecedenti capitulo demonstratur.

Curatio. Si a sanguine oriatur conuultio, vel ratione apostematis, vel ratione inflammationis, vt exempli gratia in Phlegmone, inprimis aperienda est vena, iteratis tamen vicibus non aceruatim, propter subitam corporis refrigerationem, & virium dissolutionem, deinde euacuandum est corpus, topicaq; adhibenda, prout conditio morbi & temporis postulet.

Si verò a pituita proficiscatur morbus, & mitior sit, incipiendum est a leuioribus, vt pilulis cochijs, aut pilulis hyeræ, cum agarico: deinde aggredienda est concoctio, et præparatio humoris ad expulsionem, sicut in præcedenti capitulo copiosissimè enarratur.

Si verò vehementior sit morbus, vtendum est extremis remedijs, (teste *Hippocrat.*) vt pilulis è colocinthide, et quæ è lacrimis parantur, et in humidis corporibus dieta e china vel sarsa, vt sæpe expertus sum, vnà cum balneis naturalibus, sulphureis & aluminosis, vel balneis artificialibus, ex aqua calida, in qua fænugræcum decoquitur, cum folijs rutæ, saluiæ, chamomillæ, meliloti, sambuci, et similibus. Deinde inungenda sunt loca conuulsa, vnguentis Arag. martiat. vel fæcibus olei liliorum, vulpini, sicionij compositi, tegendaquè sunt circum circa pelle vulpina, vel lana carpinata, & seruentur extensa, (quoad fieri potest) vsque ad perfectam

perfectam restitutionem.

Anno Domini 1592. ad generosam quandam, vxorem *Thomæ Hodgson*, quæ per longum tempus laborauerat ischyadico dolore, & per spatium quatuor vel quinq; mensiū, ratione conuultionis neruorum & ligamentorum non potuit vllo modo extendere sinistrum genu, vnde media pars tibiæ, (sura dicta) macrescere, et protinus emaciari incepit, mulier autem ipsa, præ dolore tabescere incæpit, et tanta fuit eius imbecillitas, vt nulla nisi leuissima medicamenta ferre potuit. Quoad habitum corporis, quamuis vniuersi corporis temperamentum fuerit adeò insigniter siccum, cum toto tamen non consentiebant viscera omnia. Nam ventriculus præ frigore languidior, et crudior fuit: iecur tamen (mea sententia) adeò calidū & siccum, vt exureret sanguinem, cerebrum verò vna cum capite frigidum, & humidum. Hanc autem Dei ope & auxilio per sequentem modum ad perfectam sanitatem intra quadraginta dies restitui, et adhuc sana superstes viuit. Historia.

Inprimis purgaui, cum ℥i. pulueris Montag. alternis diebus, per spatium septimanæ, quā dabam hora quarta a meridie, viz. per horā ante leuem cœnam, neq; dormitum iuit ante decimam eiusdem noctis, intra quod tempus plenè operabatur medicamētū his diebus præteritis, vsus sum balneo artificiali, ex antedictis, vná cum vnguēto Paracelsis, ex pinguedine taxi, vulpis abiectis fibris, oleo de spica, de mastiche, et spiritu vini; septem diebus cum hoc vnguento transactis, dietam e sarsa-perilla, sed minus

ſtrictè, per ſpatium quatuordecim dierum dedi, durante quo tempore, ſolitus eram bis indies, mēbrum conuulſum,vt antea balneare,et emplaſtrum Fernelij è gummo pini, pice nigra, cera, axungia, thure, hermodactilis, radice iridis, ſulphure viuo et oleo irino applicare, et toto tempore membrum pro viribus extenſum ſeruare, et bis in ſeptimana durante dieta,et poſtea ad finem morbi vſq;manna et ſirupo ſolutiuo cum agarico vel ſimilibus eam leniter purgare.

Sed redeamus ad propoſitum,et videamus antiquorum medicorum curam, in conuultionibus ex inanitione.

Si ſolida nerui ſubſtantia abſumetur, lethalis eſt teſte *Gal.*lib, de palpit.

Si verò ex imminutione roridæ vel propriæ humiditatis,non prorſus inſanabilis eſt; quamuis rarius curatur, præſertim ſi ſuccedat febri, phreniti di, vel largæ ſanguinis euacuationi, et in hac conuultionis ſpecie, conueniunt balnea temperata vel tepida ex aqua dulci, lacte et oleo cum additione herbarum refrigerantium, et inungenda ſunt loca conuulſa vnà cum nucha et ſpina dorſi, cum oleo violarum, amigdalarū dulcium, & liliorum, cum lacte mulieris, mucilagine ſeminis pſillij, &c. intra verò adminiſtrentur,quæ humiditatem reſtaurant vt carnes teſtudinum, cancrorum fluuiatilum in lacte coctorum, et generaliter quæ hecticis proſunt.

Si ex flatibus conuellatur aliquod membrum, fricandus eſt locus fortiſſimè, et inungendus vnguento

guento martiaton, Aregon, oleo costiuo, vel de castoreo, et (si necessarium sit euacuandum est corpus et theraica siue mithridatū siue diagalanga intro sumend. & interdicenda sunt omnia legumina, omnia cruda & omnia flatulenta. Curatio Nothæ.

Si verò ob morsum ventriculi fiat conuultio: bene faciet vomitus (teste *Gal.* 12. methodi, capitulo vltimo, in quo loco affirmat se curasse adolescentem simili conuultione correptum) post vomitum verò abluendus est stomachus iure macri pulli.

Si ob vermes accidat conuultio, occidantur cum amaris et expellantur.

Si a puncto neruo, dilatetur vulnus (si necesse sit) et applicetur implastrum fodicationis cum gummis, si hoc non sufficiat, nec dolor compesci possit, secetur neruus.

Si ab assumpto veratro albo, tunc fit aut ob eximiam inanitionem: aut vehementem attractionem, aut ob ventriculi affectum.

Si ab inanitione, desperandum est, attamen ad constringendam vehementiam administrare possumus ℥i. theriacæ, vel succum absinthij, & soporiferis inducere somnum, somnus enim (teste *Arnaldo*) cohibet omnes euacuationes præter sudorem: ligare etiam extrema et cucurbitulas hypocondrijs et dorso admouere cum magna flamma sine scarificatione, vnà cum calidis frictionibus multū conducet.

Si verò ob vehementem attractionem oriatur morbus, bibendum est mellicratum copiosum,

cum ruta, solet enim obtundere et leuare dolorem: membra verò extra fricanda sunt, cum oleo cicionio (id est è cucumere agresti) cum castoreo.

Si ex alicuius venenatæ feræ ictu excitetur conuultio, vincula superioribus partibus iniecta conferent: teste *Gal. 3.* de locis affectis cap. 7. nec non cucurbit. super partem læsam affixæ, aut saltem medicamenta quæ exterius venenum attrahant vnà cum alexapharmacis interiùs administrand. quorum copiosissimam siluam apud *Paul.* lib. 5. & *Ætium* lib. 13. inuenies: ideò superfluum hoc in loco repetere.

Si verò e frigore conuelletur aliquis, per medicamenta in æquali gradu calfacientia, et per balnea, et frictiones sanabitur.

De Tremore.

Tremor est motus inuoluntarius alicuius membri sursum et deorsum.

Paul. lib. 1. de remedia cap. 21. Gal. 3. et 4. de tremore.

Generatur autem ab imbecillitate neruorum vt testatur senectus.

Tremor duplex { Morbosus, & non morbosus.

Morbosus, vt in decrepitis contingit (scilicet a cerebro plus iusto frigidiore.

Vel ab abundantia frigidorũ et viscosorum humorũ, qui propter obstructionẽ impediunt spiritus

quo

quo minus facultas ſtrenuè membrum mouere poteſt ab paucitatem.

Vel ratione morborum præcedentium, quorum occaſione facultas alimentum idoneum conficere nequit.

Vel à frequenti contactu argenti viui, vt aurificis ſolet accidere.

Vel à venere immodica, vt in ijs qui nimio coitu vtuntur.

Vel à copioſiore vini potu, vt in multi-bibis quotidiè videmus.

Vel à ſuppreſſa euacuatione, vt contigit ancillæ cui in puerperio ſanguis non fluxit, teſte *Hipocrate.*

Vel à vaporibus à matrice prodeuntibus, tamen menſtruis, teſte *Trinc.* lib. 3. conſiliorum, in quo libro recitat hiſtoriam cuiuſdam matronæ ob eandem cauſam trementis.

Non morboſus, vt à vehementi frigore externi aeris.

Vel ab intempeſtiuo potu in febribus.

Vel à fumigatione ſeminis hyoſciami, & papaueris, teſte *Rondeletio.*

Vel ab humore vehementi qualitate prædita, (teſte *Gal.* aphor. 26. lib. 6.) vnde fiunt tremores in febribus ardentibus, ſcilicet quoniam bilioſi humores ad neruos transfluunt.

Vel ab ira vehementi.

Vel à repentino, & ingenti timore.

Vel ab onere plùs iuſto grauiore.

Vel è vehementi, & repentino gaudio.

Tremor in ſenibus non curatur, & propter inſignem frigiditatem, & propter dignitatem cerebri affecti: (& vt vno verbo dicam) tremor morboſus difficillimè in aliquo curatur.

Qui ob craſſorum ac viſcoſorum humorum copiam tremunt, in principio purgandi ſunt, in hunc vel ſimilem modũ. ℞. pilular. coch. fœtid. ana ℈ 2. extract. agarici gran. 8. formentur pilulæ 5. capiend. poſt primum ſomnum cum cuſtodia. Deinde præparandum eſt corpus, vt exempli gratia. ℞. ſirupi de ſtæch. oximellis ſimpl. ana, ℥ 1. ß. aquarum bethonicæ, ſaluiæ, millefol. ana, ℥ 3. (vel in mulieribus) maiorani, & matricarię, fiat iulep. aromatizat. cum ʒ 1. pliris cum moſco, pro duob. diebus: corpore autem euacuato, iterum atq; iterum, ſecundũ iudicium præſentis medici, corroborandum & exſiccandum eſt cerebrum, non ſolúm cũ lixiuijs calfacientibus, ſed etiam electuarijs in ſequentem, vel ſimilem modum confec. ℞. florum roriſmarini, ſaluiæ, primulæ veris, cerebri leporis, conſeruæ acori ana, ℥ 1. pulueris diagalang. ʒ 1. ß, caſtorei ʒ ß. ſirupi de ſtæchados, q. ß. Inungenda etiam eſt nucha, vnà cum partibus tremulis, cum oleo vulpino de caſtoreo, & ſicionio. Qui verò ratione morborum præcedentium, hoc morbo corripiuntur, hos nutrire oportet, vt ſpiritus copioſius generentur.

Qui verò ob frequentem contactum argenti viui tremunt, hos calidis oleis inungere conuenit vt exempli gratia. ℞. ſchænant. ſpicæ, calarom. ciper. nucis moſchat. ana, ʒ 1. hermodact. ſatir. ana,

Rond.

ana ℥ ß. ſucci ſaluiæ, ℥ 3. olei de caſtor. ʒ 3. miſce ſine cera.

Si ab immodico coitu: non curantur, niſi à venere abſtineant.

Si à copioſiore vini vſu, non curatur.

Si à ſupreſſa euacuatione, ſiue à vaporibus à matrice, difficillimè curatur, tentare tamen poſſumus per aperientia, & apertionem ſaphenarum vnà cum vapores reprimentibus: hactenus de tremore morboſo.

Non morboſus autem citò remouetur remota cauſa, iuxta illud: tolle cauſam tollitur effectus.

De narium hæmorragia.

Hæmorragia narium, eſt eruptio ſanguinis è naribus, acciditque, aut ratione ſanguinis, aut ratione virtutis, aut ratione inſtrumenti. Gal. lib. 3. de cauſis ſymp.

Ratione ſanguinis, aut propter quantitatem, aut propter malam qualitatem.

Ratione virtutis, aut criticè, aut ſymptomaticè.

Ratione inſtrumenti, (videlicet) aut propter raritatem, rupturam, ſeu eroſionem.

Ratione ſanguinis, propter quantitatem, vt præ copia.

Ratione ſanguinis propter qualitatem, vt propter tenuitatem, aquoſitatem, vel acredinem.

Ratione virtutis, id eſt, aut critice, aut ſymptomaticè.

Si

Si criticè, tunc ſalutaris eſt motus naturæ, le-uiterq; fertur omnibus præcedentibus ſimpt. ceſ-ſantibus.

Si ſympomaticè, tunc ægrè fertur fluxus & concomitatur pulſus deficiens, quia natura non poteſt regulare materiam.

Vel ratione inſtrumenti, vt cum tunicæ venarum nimis humidæ exiſtentes, rariores euadunt, vnde ſanguis tenuior egreditur: aut cum venæ, præ abundantia ſanguinis rumpuntur, aut præ acredine erod untur, aut à ſanguine flatuoſo, vel aliqua alia re contundente, incidente, vel ſimilibus, aperiuntur.

Locus vnde. Aut fluit ſanguis è venis narium, aut è venis ſiue arterijs cerebri,

Signa. Si à venis narium effluat, facile ſupprimitur, & cauſæ procatarcticæ præcedentes dilucidè vitium explanant, vt ſi aliquid antea in naribus impoſitum ſit, quod ex proprietate, vel aliter, ſanguinem erumpere coegit: vt exempli gratia millefol. penna vel ſimilia.

Si à venis cerebri, omnia ſunt planè contraria, nihil enim impoſitum fuit, quod ſanguinis fluorem irritaret.

Vtrùm verò à vena an ex arteria diſtillat ſanguis, per colorem ſanguinis diiudicandum eſt, ſcilicet quia ſanguis venalis ad rubedinem nigricantem tendit, ſanguis verò arterialis, prætérquàm magno cum impetu effluit, ad flauitiem & tenuitatem etiam tendet.

Curatio. Si ſanguis criticè fluat, ſupprimendus non eſt, niſi

nisi immodicè fluat id est ad manifestum virtutis casum.

Si symptomaticè, diuertendus est, & per venæ sectionem, & per cucurbitulas, & per dolorificas ligaturas, vt exempli gratia, si symptomaticè fluat præ copia, in magna quantitate detrahendus est sanguis, sin minus, parcius euacuandus est, & paruo cum orificio, & repetitis vicibus, & è mediana eiusdem lateris, vnà cum cucurbitulis in eundem modum hypocondrijs applicandis, quæ omnia aguntur ad diuersionem tantummodo.

Si propter tenuitatem resudet sanguis, euacuandi sunt serosi humores, & victus incrassans imperãdus, vt sanguis crassior euadat. Vt exempli gratia: ℞. seri lactis lib. ß in qua infunde foliorum senæ ℥ ʒ. brassicæ marinæ, ℥ 2. bulliant ad medietatem & colentur, colaturæ adde elect. de succo rosarum ℥ ß. sirupi rosati solutiui ex multiplici infusione rosarum ℥ 1. ß. fiat potio.

Corpore à recrementis libero, imperandi sunt, sirupi incrassantes, vt sirup. violarum, de nenuph. de sorbis, de rhybis, de barberis, & simil. cum aquis frigidis: victusq; incrassans instituendus, ex amilo parato in decoctione pedum veruecis, vel hordeo mundato, siue cremore ptisanæ, confect. cum aqua rosarum, sacch. amigdalis, & gum. tragagant.

Si propter acredinem erodat sanguis, purgetur patiens cum decoctione mirabilanorum, sebest. tamarind. rhab. cum toto, & sirupo

roſarum ſolutiuo. Quoad topica, ſiue externa medicamenta, neceſſario ſunt applicanda fronti, temporibus, & circa collum. Remedij externi formula.

℞. Boli armeni. ℥ 1. gipſi ℥ ß. cretæ, vitrioli ʒ 3. ſanguinis draconis ʒ 2. terræ ſigillatæ ℥ ß. incorporentur omnia puluerisata inſimul in mortario cum aceto, & albuminibus ouorum.

Hoc circa frontem, tempora, & venas ſingulares applicatum probatiſſimum eſt remedium.

Sunt qui circa collum corallum iaſpidem, ſiue ambram append.

Actius. Aliqui ſuccum aſinini ſtercoris recentis, cum porri ſucco, & aceto narib. imponi laudant.

Aliqui idem ſtercus vſtum inſufflare iubent.

Aliqui ægroti teſticulos in aceto frigido tenere hortantur.

Aliqui cucurbitulam occipiti affigere, pro magno ſecreto habent.

Aliqui frigidiſſimum lapidem ſuper nucham deponere vtiliſſimum eſſe affirmant.

Aliqui rutam contritam naribus imponi eximiè extollunt.

Aliqui bombacem, in ſanguineum colorem tinctum, ratione lapidis hematitis, ſuper porphiriũ triti, cum ſucco ſanguinariæ, quouſq; vertatur in rubrũ colorem, in quo madefaciunt anted. bomb. & naribus imponi pro mirabili collaudant, præcipuè, ſi prædictus ſuccus quoq; in naribus attrahatur.

Aliqui

Aliqui etiam volunt, vt ſubitus timor ægrotis incutiatur.

Aliqui, vt oculos clauſos teneant, neq; loquantur, aut maxillas moueant. *Ætius* conſulit, aures ægroti cera obturare, ſed quam ob cauſam hoc conſulit *Gal.* ab eo enim decerpſit *Ætius*, vel quomodo prodeſſe poteſt, non intelligo, niſi forte (vt Rond.let. indicat) quòd ſinus primus ramorum venarum, & ſecundus duræ meningæ, per quos potiſſimum cerebrum ſanguinem recipit, comprimantur, ex quo obſtruantur, & ſanguinis conſequentia quædam retineatur. Rond.269.

Aliqui aquam frigidiſſimam ciſternæ in ore retinere ſubindéque renouare iubent, vndè conſtringuntur venæ internæ oris, & per conſequens aliæ. Gal. lib. 1. de paratu facilibus.

Anno Domini 1584. mercator quidam Londinenſis, cognomine Furſland, in declinatione febris ardentis, maximè de vita periclitabatur, ſanguis enim è naribus erumpens, ſupprimi in longum tempus non potuit. Hiſtoria.

Accerſiti fuerunt in conſilium multi venerabiles medici huius ciuitatis, (quorum nomina reuerentiæ gratia reticebo) qui multa methodicè, & doctiſſimè, at fruſtra, adminiſtrarunt: quanquam enim multa ab illis applicata fuerunt, attamen ægrotus proſtratis planè viribus à die lunæ in diem veneris, maiore ex parte nocte, diéq;, ſanguinem effudit, dummodo vnus inter omnes alios

accersitus per applicationẽ antedict. medicament. è bolo,&c.super frontem & tempora, & circa collum & omoplatas sanguinem restrinxit,& quia videbat imbecillitatem ægroti, maximam esse pro potu vinum rubrum cum aqua rosata, cinamomo, & tragagant.dilutum,& coctum concessit: pro cibo verò sorbitiones cũ gemmis, & corallis præparatis imperauit & ea nocte pilulam vnam ex speciebus aromatici rosarum hora somni dedit, & ita conualuit ægrotus, & adhuc viuit: & ab eo tempore in multos alios expertus sum antedictum medicamentum,magno cum honore.

Hoc autem notandum est, vinum concedendum non esse,nisi summa imbecilitas vrgeat, atque tunc diluere oportet.

De Catarrho.

Per Catarrhum, intelligo omnem materiam excrementitiam,è cerebro ad subiectas partes decendentem.

Catarrhi. descrip. Catarrhus igitur, est excrementum copiosius quàm natura particulæ requirat, genitus ex læsa actione facultatis concoctricis: vnde *Arnaldus* catarrhum appellat ruinam & motum inordinatum humorum.

causa eff. Causa igitur efficiens huius morbi, est imbecillitas concoctricis facultatis cerebri, cui succedit actio expultrix,excrementosam materiam, tanquam superuacuam, et noxiam exturbans.

Duplici-

Dupliciter accidit, aut { per essentiā ipsius membri. per consensum aliarum partium. }

Si per essentiam cerebri prouenjat, tunc aut præ intemperie calida, aut frigida, aut præ copia.

Si ab intemperie calida, tunc aut quia caput calidius, tanquam ventosa, attrahit maiorem copiam vaporum, & humorum, quàm potest concoquere siue regulare, vt faciunt constitutiones calidæ, siue æstus solis.

Aut quia per colliquationem, siue dissolutionem, materiam in subiectas partes expellit et detrudit.

Si verò ab intemperie frigida proficiscatur morbus, tunc fit, vel quia cerebrum non exquisitè concoquit, atq; ideo multum pituitosum excrementū progignit.

Vel quia vapores condensando prohibet euaporationem per suturas.

Vel per compressionem materiam (in capite repleto) in subiectas partes detrudens, non alias quám spongia, quæ manibus compressa aquam exprimit.

Vel ob facultatem retentiuam debilitatam, vt in diarrhea accidit.

Si præ copia accidat morbus, tunc fit, quia natura plus iusto onerata, ad expellendam materiam insurgit, ita enim comparatum est a natura, vt membra nobilia, et robusta, ad ignobilia siue debilia

materiam sibi molestam expellant.

Si per consensum inferiarum partium accidat catarrhus nempe ventriculi propter inconcoctionem materiam procreantis, et hepatis propter caliditatem, in vapores materiam transferentis, tunc hisce modis perficitur.

Aut quia ventriculus propter nimiam frigiditatem, malè concoquit, aut propter ingentem caliditatem cibos corrumpit. Refrigeratur verò stomachus, vel propter partes vicinas frigidiores redditas, scilicet iecur, lien, omentum, diaphragma, & musculus abdominis, teste *Gal.*

Aut propter materiam melancholicam, pituitosam, et flatulentam: aut propter frigidiorem cibum, potum & similia.

Aut quia ventriculus propter materiam biliosam, putridam, siue sanguineam, vel calidiorem cibum, potum, vel medicamenta intus assumpta, siue extra applicata calidior redditus alimentum corrumpit.

Dicitur igitur catarrhus aliquando frigidus, aliquando calidus, secundùm causarum diuersitatem.

Signa frigidi. Insipiditas acidi ructus, tardæ concoctiones, & cruditates.

Signa calidi. Salsedo, ructus indorolenti: salsedo autem necessariò sequitur adustionem materiæ humidæ, teste *Arist.* 2 & 5. meteorum.

Nomina destil. Quando catarrhus ad nares fluit dicitur corisa.

Quando ad asperam arteriam, bronchus.

Quando ad oculos, epiphora.

Quando

Quando ad os, catarrhus.

Quando ad gurgulionem vua, & sic in reliquis partibus, nomen assumit secundùm loci diuersitatem. Gal. lib. 3. de simpt. caus. Ætius tetra. serm. 4.

Catarrhi ex frigida intemperie in habitu, non curantur, teste *Hipoc.* aph. 40. sect. 2. in quo loco affirmat catarrhum in valdè senibus non maturari. Prog.

Catarrhi salsi, sæpius in sputum sanguinis, siue tabem terminantur.

Catarrhus ob errorem externum sæpius curatur. Victus ratio.

Sed quia in diuturnis affectibus, nihil præstantius, efficatius, siue salubrius est, quàm victus ratio, teste *Gal.* in lib. de ratione victus, ideo ab ea exordiar. Iohannes Damasc. similiter

Quoad aerem, sit aer æstate temperatè frigidus, in hieme calidus, omnino autem nocturnus aer vitandus est. Aer.

Fugienda sunt habitacula frigida & humida. Habit.

Sit somnus temperatus, replet enim caput somnus immoderatus: surgat igitur ægrotus ante ortum solis neq; dormiat inter prandium et cœnam, neq; per tres horas a cæna, sitq; decubitus ad latera, si enim supinus iaceat ægrotus, incalescit vena caua, vnde oriuntur vapores. Somnus.

Sint exercitia placidiora, sed longiora vsque ad manifestam anhelitus mutationem, totiusque corporis calefactionem, ita tamen vt corpus subitò post exercitium non alteretur, vt enim immoderatum otiũ vitandum est, quia calorem natiuum hebetat, et vires eneruat, ita importunus labor vires corporis dissoluit. Exercitium.

Matuti-

Tempus exercit.

Matutina exercitia ab omnibus laudantur, & per horam ante pastum, vel per tres aut duas ad minus post cibum, (cæna excepta) post quam stare, siue tardè ambulare præstat, præsertim cum catarrhus proueniat ex imbecillitate stomachi frigidi, calor enim in motu extra distrahitur, ad membra exercitata, at digestio melius perficitur, cum calor naturalis circa locum digestionis concentratur.

Tempus cibandi.

Non commedat in aurora, quisquis catarrho laborat, nisi quinque horis á somno elapsis,(aliquid tamen consuetudini concedens,) nihil enim pestilentius est, quam fluctuante nocturno catarrho, ad cibum accedere: sitq; spatium quinque horarum ad minus, inter prandium & cænam: sitque cœna longè parcior in potu quám in cibo, et sit potus sine lupulis, sitq; minimus vini vsus.

Potus ciborũ genera.

Sit cibus simplex omninò eligendus, ex carne animalium iuuenum, assata potius quam elixa: vt exempli gratia, sint carnes castratorum pullulorũ, hædorum, vitulorum, leporum iuniorum, cuniculorum, caponum, gallinarum, perdicum, fasianorum, et similium: Palustres autem carnes omnino vitandæ sunt, nec non pisces, paucis exceptis, vitentur etiam omnia legumina, lacticinia & pastilia.

Iusc.

Quoad iuscula aliquando ex vitellis ouorum conquassatis, et iure pulli, addito parum omphacij concedi possunt.

Panis,

Quoad panem, sit optimè fermentatus, et moderatè coctus, ex seminibus puris, aliter enim difficilis

difficilis erit concoctionis crassum alimentum generans. Fruct.

Quoad fructus, comedantur sine noxa pruna, cerasi. vuæ passæ, vel post cibum pira, siue cotonea cocta.

Sit Veneris vsus parcissimus, testibus *Gal.* & *Auicenna*. Coitus.

Vt lubrica sit aluus, sponte vel natura efficito, ad quam ciendam, vtendum est ferculis ex beta, mercur. folijs violarum, et similibus. Aluus.

Ne sit animus circa aliquod intentus cibo in ventriculo existenti, quia vbi animus intentè exercetur calor naturalis ad organa sensuum distrahitur, et ad ipsum cerebrum, sine ipso enim nulla vitæ opera perfici possunt in corpore humano. Meditat.

Vituperatur ignis immediate cibo, quia ex hoc debilitatur digestio, secundum illud: omne maius trahit ad se minus. Ignis.

Quoad ornatum, capillos non nutriat. Ornatus.

De particularibus remedijs vnamquamque partem particulariter respicientibus, hic tractare non intendo, sed in aliud tempus differam, donec ordine de affectis illarum partium, (Deo volente) scribam: vniuersalem autem methodum hoc in loco describere animus est: et primò de calido siue salso catarrho. Fingamus igitur aliquem, (vt á superioribus sumamus exordium) caput cerebrũq; calidum & humidum insigniter habentem, vt ex signis sequentibus conijcimus, scilicet quia ingenium habeat promptũ et perspicax, oculos magnos, mobiles, somnos autem longiores et profundiores, Curatio.

multaq; excrementa per nares reddit, multasq; sordes per externam cutem: nequit perferre calorem insignem, neq; læditur a nocturno frigore. Ventriculum verò frigidiorem et humidiorem habentem vt hisce signis deprehenditur: conqueritur enim se cibum appetere at non sitire, sumptum verò male concoquere: dicitq; se flatibus abundare multasq; crudas humiditates congerere, nec non sæpe ructus nidorosos edere, qui quamuis prima facie appareat symptomata calidioris stomachi, attamen in hoc ægroto á frigidiore ventriculo proueniunt, quòd bilis in ventriculū suum à calidiore iecore effusa, & cum cibo mixta in nidorem vertitur, neq; aliter fieri potest, cum dilucidè pateat per omnia alia simptomata ventriculum necessarió esse frigidum. Non minus etiam iecur calidissimum et siccum, nam & venarum amplitudo illud ostendit, tum etiam lotia.

Hic generosus auxilium postulat pro catarrho salso, qui ad fauces descendit et aliquando exulcerat: videamus igitur quid agendum.

Primò lenitiuum aliquod darem, vt exempli gratia. ℞. electuarij lenitiui ʒ 10. fiat bolus: proximo die basilicam dextri brachij aperirem; (sed hoc notandum est, si corpus exangue siue imbecillum esset, epithema aliquod refrigerans super regionem hepatis sine venæ sectione applicarem) et sanguinem secundum corporis plenitudinem acciperem: hoc facto, corpus huius generosi in hunc modum præpararem: ℞. sirupi rosarum, de bethonica simplici, ana ℥i. sirupi de cichor. ℥ß. aquæ boraginis, et

et endiuiæ, ana ℥iß. fiat potio.

Hac potione quinquies repetita, hoc vel simili medicamento ægrotum meum purgarem. ℞. aquæ boraginis et endiuiæ, ana ℥ iiij. senæ ʒiij. seminis anisi ʒß. bulliant ad medietatem, exprimantur, et in expressione, demergantur rhabarb. ℈iiij. agarici ʒi. spicæ parum, zinzib. ℈ß. his per noctem maceratis, factaque diligenti colatura, diluantur sirupi rosacei solutiui ℥iij, confect. hamech. ʒiß. fiat potio, capienda cum custodia.

Corpore verò exquisitè purgato, pararem pro ægroto meo mirabolanos, emblicas, & chebulas cõditas quas quotidiè ieiuno stomacho acciperet, vel in formam electuarij cum conserua rosarum, boraginis, anthos, et florum bethonicæ, & corticibus citri conditis, confectis, stomachumque generosi cum oleo mastichino, nardino, absinthino, siue e mētharum aromatibus, oblinirem, vel si emplastrũ potius amaret: emplastrum ex carne dactilorum cidoniorũ, pane assato et in vino aromatico infuso, cum oleo de absinthio & mastichino conficerem.

Deinde ad exsiccandum caput (ita tamen vt non calefacerem) festinarem: hoc igitur vel simili lixiuio vterer more stillicidij. ℞. foliorum arid. rosarum, bethonicæ, quercus, mirti, rubi, salicis, ana, qß. fiat lixiuium secundum artem.

Si verò patiens noster, præ molestia stillicidiũ nostrum recusaret, tunc puluerem aliquem exsiccantem capillis detonsis inspergerem, aut prærasis capillis, priorem capitis partem oleo mastichino inungerem: sed si catarrhus ad pectus siue

multaq; excrementa per nares reddit, multaſq; ſordes per externam cutem: nequit perferre calorem inſignem, neq; læditur a nocturno frigore. Ventriculum verò frigidiorem et humidiorem habentem vt hiſce ſignis deprehenditur: conqueritur enim ſe cibum appetere at non ſitire, ſumptum verò male concoquere: dicitq; ſe flatibus abundare multaſq; crudas humiditates congerere, nec non ſæpe ructus nidoroſos edere, qui quamuis prima facie appareāt ſymptomata calidioris ſtomachi, attamen in hoc ægroto á frigidiore ventriculo proueniunt, quòd bilis in ventriculū ſuum à calidiore iecore effuſa, cum cibo mixta in nidorem vertitur, neq; ali eri poteſt, cum dilucidè pateat per omnia ali tomata ventriculum neceſſarió eſſe frigidu minus etiam iecur calidiſſimum et ſiccun & venarum amplitudo illud oſtendit, tun lotia.

Hic generoſus auxilium poſtulat pro cata ſalſo, qui ad fauces deſcendit et aliquando exulce rat· videamus igitur quid agendum.

Primò lenitiuum aliquod darem, vt exempli gratia. ℞. electuarij lenitiui ʒ 10. fiat bolus: proximo die baſilicam dextri brachij aperirem; (ſed hoc notandum eſt, ſi corpus exangue ſiue imbecillum eſſet, epithema aliquod refrigerans ſuper regionem hepatis ſine venæ ſectione applicarem) et ſanguinem ſecundum corporis plenitudinem acciperem: hoc facto, corpus huius generoſi in hunc modum præpararem: ℞. ſirupi roſarum, de bethonica ſimplici, ana ℥i. ſirupi de cichor. ℥ß. aquæ boraginis,

et

et endiuiæ, ana ℥iß. fiat potio.

Hac potione quinquies repetita, hoc vel simili medicamento ægrotum meum purgarem. ℞. aquæ boraginis et endiuiæ, ana ℥ iiij. senæ ʒiij. seminis anisi ʒß. bulliant ad medietatem, exprimantur, et in expressione, demergantur rhabarb. ℈iiij. agarici ʒi. spicæ parum, zinzib. ℈ß. his per noctem maceratis, factaque diligenti colatura, diluantur sirupi rosacei solutiui ℥iij. confect. hamech. ʒiß. fiat potio, capienda cum custodia.

Corpore verò exquisitè purgato, pararem pro [illegible]eo mirabolanos, emblicas, & chebulas [illegible] quotidiè ieiuno stomacho acciperet, [illegible]electuarij cum conserua rosarum, bo-[illegible] et florum bethonicæ, & corticibus [illegible]onfectis, stomachumque generosi [illegible]chino, nardino, absinthino, siue e [illegible]matibus, oblinirem, vel si emplastrũ [illegible]: emplastrum ex carne dactilorum [illegible], pane assato et in vino aromatico infuso, [illegible] oleo de absinthio & mastichino conficerem.

Deinde ad exsiccandum caput (ita tamen vt non calefacerem) festinarem: hoc igitur vel simili lixiuio vterer more stillicidij. ℞. foliorum arid. rosarum, bethonicæ, quercus, mirti, rubi, salicis, ana, qß. fiat lixiuium secundum artem.

Si verò patiens noster, præ molestia stillicidiũ nostrum recusaret, tunc puluerem aliquem exsiccantem capillis detonsis inspergerem, aut præsasis capillis, priorem capitis partem oleo mastichino inungerem: sed si catarrhus ad pectus siue pul.

pulmones copiosiùs descenderet, in ambabus spatulis fontanellas facerem, & emplastrum aliquod, ad suturam coronalem, et sagittalem adhiberem, imò vesticatoria vel cauteria (magna tamen adhibita diligentia) timorosa enim sunt, et nisi magna vrgenti necessitate fugienda.

Frigid. catarrh. Proponemus nunc alterum laborantem tenui & insipido catarrho, cuius caput humidius et frigidius est (conqueritur enim se multum somnum et profundum desiderare et magnam grauitatem circa caput, & oculorum radices percipere, multaq; excrementa per nares quotidiè emungere: præterea conqueritur de memoria, statim enim vt dicit, d fluet cogitatio; neq; potest vt inquit, aliquam refrigerationem fine noxa ferre, & manifestum iuuamen è caliditate percipit.) Ventiriculus verò frigidior & humidior, (eadem enim ferè sunt simptomata quæ antea recitabátur, nisi quòd hic ægrotus acidos emittat ructus, qui frigidissimũ ostẽdunt vẽtriculũ, hepar autem huius generosi calidũ est, sed in passiuis temperatum, satis enim carnosus est patiens noster, corpus ferè quadratum habens, et bonum colorem.

Auxiliũ nostrũ nunc postulat hic generosus, quia multũ exspuit, & sputa sunt valde tenuia, vnde timet ne perseuerans fluxus ad pulmones cursũ suũ alteraret vnde in pthisim incideret.

Primò præmisso lenitiuo, vt ante dicitur, hanc potionem ter accipiendam ordinarẽ. ℞. sirupi de stæchados, sirupi de cichorio, ana ℥ß. mellis rosati ℥i. aquæ bethonicæ ℥iij. fiat potio.

Quarto

Quarto die purgarem cum 3 6. diaphenic.in conuenienti decoctione.

Postea reiterarem potiones præparatiuas, & purgarem pilulis cochijs vel similib. quousq; corpus huius generosi appareat satis purgatum, quo percepto, ad corroborandum ventriculum, mithridatum cum sacchAro rosarum alternis diebus darem, & caput lixiuio aliquo è bethonica, saluia, sampsucho, stæchade, cinerib. iuniperi, & rorismarino confecto lauarem, & vterer emplastro ex ladano, mastiche, belzoino, moscho & ambra confect. ad cõmissuras coronales, & sagittales in hunc modum ——| & fontanelas in brachijs, cruribus, siue spatulis, facerem: cooperimenta verò capitis huius generosi cum suffumigio, ex rosis, nigella torrefacta, gum. heder. borac. fact. coriand. auripigment. suffumigarem. Mont.

Præterea vt suauiter per os suum fumum huius pulueris super prunas iniect. attraheret suaderem. Mont.
℞. sanderach, (id est vernicis) gum. arab. tragagant, thuris, mastic, ladani, puluerisentur omnia per se & misceantur: optimum autem præsidium in catarrho hunc puluerem (corpore inprimis expurgato) probaui. A cœna vero aliquando hoc puluere vti multum conducere vidi (ita tamen vt ea nocte neque edant neq; posteà bibant. ℞. cinamomi electi, 3 ß. coriandri præparati, 3 1. ß. seminis melissæ. 3 ß, rasuræ cornu cerui, vsti corallorum rubrorum anã, ℈ 1. sacchari 3 6. fiat puluis.

Et ad prohibendum augmentum catarrhi, suaderem ægrotum hunc semel in septimana per horam

ram ante leuem cœnã, ʒ 1. harum pilular. assumere.

Rx. { Aloes elect. agarici optimi.
Rhabarbari ana, ʒ 3.
Nucis mosch. gariophillor.
Rosarum rubrarum ana, ʒ 1.
Cum melle rosato fiat magdaleon. }

Multi etiam sunt qui eximiè laudant, ʒ 1. huius electuarij in introitu lecti deuorari.

Rx. { Spiritus vitrioli, ʒ 1.
Spiritus vini seq. ℥ ß.
Mellis dispumati. ℥ 5.
fiat electuarium. }

Spiritus vini descriptio.

Rx. { Spiritus vini sine phlegmate ℥ 2.
Castorei, piperis anacardi ana ʒ 1.
Garriophillorum, cinamomi, macis, gran. parad. ana. ʒ 2. }

Digere per quatuor dies lento calore fortissiméq; per torculare exprime. Sæpius autem probaui tria gran. olibani in introitu lecti deuorata multum profecisse. Sed exercitij gratia, proponemus nunc tertium (qui vt mihi videtur) habet caput calidum, & siccum, ventriculum frigidum, hepar verò calidum, & siccum: habet enim faciem excarnatissimam, oculos concauos, capillos crispos ingenium

Signa.

ingenium acre, & exercitatiſſimum, ſpiritus viuaces, venas oculorum patentes: nihil è naribus emungit, eſt breuis ſomni (vt ipſe teſtatur) & leui ſtrepitu excitatur, plus nutritur in ſuperioribus, quam inferiorib. partibus, habet etiam faciem citrinam, vrinam coloratam, & tinctam, eſt ſatis cupidus rei venereæ, laborauit bilioſis febribus, habet abdomen gracile, ructibus acidis moleſtatur, plùs appetit quàm concoquit, ſentit rugitum in ventriculo: quæ omnia arguunt antedictam temperaturam.

Conqueritur hic generoſus ſe multum inſipidum & tenue exſpuere, & timet morbum articularem (ſcilicet) quia percipit catarrhum incipere per neruos, & arterias tranſire: petit ideo conſilium aut ad extirpandum (ſi poſſibile ſit) aut ſaltem ad diminuendũ catarrhum. Victus igitur ratione vt antea habita, in æſtate leuibus medicamentis corpus purgarem, vt cum rhabarbaro, & ſirupo roſarum ſolutiuo, & cum ſero caprino addit. ſenæ aliquant. in hyeme ſuaderem vt ſemel in menſe acciperet, 32 pilulæ aſſaieret. *Auicen.* & vt in frequenti vſu haberet confectionem diarrod. abbatis ante cibum, poſt cibum vero diacydoniten ſine aromatibus.

Sed vt capiti aliquam opem ferre poſſim, interdum lauarem cum lixiuio leui non acri ex cinerib. lignorum vt aiunt dulcium parato, in quo coquerentur hordeum, furfur roſæ, vitis & rubi folia: & hæc ſufficerent ad extirpandum, vel magnopere diminuendum catarrhum in hoc generoſo.

De

De Sternutatione.

Sternutatio est expulsio cum strepitu, alicuius flatuolæ substantiæ per nares.

Causa. Duplex est causa. { Interna, Externa.

Interna, est materia acris, aut per essentiam in capite procreata, vel attenuata, vel per consensum alicuius partis transmissa, & hoc innuit *Hipoc.* cum proponat calefactionem cerebri, vel humectatum inane capitis pro causis internis

A causa externa, vt ab aliqua re mordaci in nares indita vel aliquo medicamento sternutationem mouente, nempe euphorbio, castorio, folijs lauri, bethonicæ, vel similib. vel ab odore alicuius rei, vel ab externa frigiditate naribus inspirata, vel ab aspectu radiorum solis, vel comestione sinap. cum aceto trito, vel similibus.

Prog. In morbis exitialibus, (teste *Hipocrate*) exceptis morbis pulmonum vel fluxu sanguinis è naribus superueniente sternutatione bonum speratur, etiamsi concomitentur alia mala signa.

Vsus sternut. In lethargia.

In expulsione fœtus, & secund. in detegendis aculeis in pectore latent, in vertigine, cephalalgia, epilepsia, & expulsione alicuius rei ex aurium orificio, fortissimum præsidium sternutatio.

Modus administrand. Conuenit ægrotos supinos, & sursum versus recumbere.

Vtrum

Vtrum à causá interná, vel externa facilè dignoſcitur; quia ſi aliqua cauſa externa procreet, ſatis manifeſtè apparebit, nulla talis ſit, ab interna prouenire conijciiendum eſt. Signa.

Si ab interna cauſa oriatur morbus, (ſecundum opinionem medicorũ, aut euacuandum aut refrigerandum eſt caput, vel membrum mandans, vel vtrumq;, hoc autem præſenti medico diuidicandum relinquitur. Curatio.

Sunt qui ſcribunt multos ante hac obijſſe & ſpiritũ ratione huius morbi efflaſſe, medicis non obſtant. pro viribus operant. vnde inualuit conſuetudo apud chriſtianos vt ſternutanti benè præcentur, at maiori ex parte (vt aliqui volunt) retentio ſpiritus, naribus apprehenſis per aliquod ſpatium compeſcet, nec non melantium aridum in linteo ligatum, inter manus fricatum, & per odoratum attractum.

Si verò prouocetur ſternutamentũ, ex euphorbio, veratro, caſtorio, vel ſinap. per odorem panis ſiue opij celerrimè ſedabitur.

Anno domini 1587. ancilla quædam pauperrima nominata *Elizabetha Iames*, derepentè ſine aliqua externa occaſione ſæpiſſimè, & vehementiſſimè ſternutauit per totam ferè diem, ita vt omnes adſtantes eam morituram crederent ſæpius enim in die in ſincopem inciderat: quare ad me miſerunt, & totum quod acciderat declarabant, cui hoc conſilium, magno cum honore, & vtilitate miſeræ pauperculæ dabam. Hiſtoria.

Primò vt fortiſſimè mulieres conſtringerent

doloriſicis ligaturis brachia eius circa artus, & inferiores partes circa crura, & vt tenerent naribus faſciculum rutæ irroratæ in aceto, & 31. pilularum hieræ cum agarico deuoranda darent, & protinùs ceſſarunt ſymptomata, & conualuit miſera.

Deinceps proxima die, circa illud temporis punctum, in quo altero die laborare inceperat, iterum ſternutare incepit, adhibito autem antedicto faſciculo citiſſimè ceſſauit, & ab eo tempore huc uſq; ſana viuit.

De aurium ſonitu.

Aurium ſonitus qui a vulgo medicorum, tum tinnitus tum ſibilus appellatur, & ab aliquibus ſuſurratio, eſt genus vitij in quo aures intra ſeipſas ſonant, quo fit vt externum ſonum imperfecte recipiant, vnde deprauatur audiendi facultas, apparet enim homini audire extrinſecum ſonum, licèt actu nullus fiat auri communicabilis.

Cornel.cel. lib.6.cap.7.

Cauſæ.

Aut fit ratione ſpiritus, ſiue materiæ.

Aut ratione cerebri, quod per neruum auditorium communicat. vapores, cum ſuperflua materia copioſiſſimè in eo congeratur.

Aut ex forti exercitio humidum in vapores conuertenti.

Aut ex ſuperfluo ſomno, vel meridiano, caput immodice replente.

Aut ex aere frigido vapores retinente.

Aut extrinſeca obſtructione, vt ab apoſtemate in aure ſuppur. vnde reſoluuntur multi vapores, qui aerem

aerem connaturalem mouent: vel ab humoribus siue cerumine, in auribus contentis.

Vel ratione stomachi, stãte repletione nauseatiua.

Vel ratione matricis, aut aliorum membrorum, habentium colligantiam cum auribus.

Vel ratione alicuius euacuationis retentæ.

Vel ob imbecillitatem, vt in ijs qui à morbo se recolligunt. Auicen.

Vel ex percussione siue casu.

Vel ex febre, vt in principio paroxissimorum siue crisium aliquando accidit ratione commotionis materiæ.

Vel è fame, siue ieiunij tollerantia, calore scilicet conuerso circa humiditatem, & eam in vapores conuertentem.

Vel ob sensus acrimoniam, quia omnes motus qui à virtute mediocri non possunt percipi, à forti virtute comprehenduntur.

Vel è materia viscosa, in quam agit calor debilis, vnde inflatur, sed difflare propter debilem calorem nequit.

Vel ab externo aere, per os & nares attract. meatum auditorium ingrediente, vt mutetur in substantiam calidi innati, quiq; ob nerui expansi intemperaturam mutari nequit: vnde circumuertitur, inter spatium nerui expansi, & timpani, neq; efflare potest, vbi percussus ab ossibus adiacentibus sonitum facit. Vel ab ira.

Si fit ratione spiritus, siue materia, tunc secundũ aliquos sentitur sonitus tanquam venti flantis, & subitò remouetur, spatioq; interposito reuertitur Signa.

 sine

ſine grauitate tamen.

Si ratione ſuperfluæ materiæ in cerebro, aderit ſonitus ferè perpetuus cum grauitate, & alijs ſuperfluitatum indicijs.

Si verò ex forti	Exercitio, Externo aere, Somno ſuperfluo, aut merid. febre.	Fame, percuſſione, caſu, vel ira.

Cauſæ pręcedentes ſatis manifeſtè morbi materiam, & originem demonſtrant.

Si ab externa obſtructione, vt exempli gratia, ab apoſtemate in aure ſuppur. adſunt ſigna apoſtemat. maturati, nempè ſaniei, ſiue puris effluxus, cũ dolore, & grauitate, ſonituſq; confuſus erit, velut fricatio lapid. ſiue lignorum.

Math. li 1. cap. 33. Si ex humoribus in aure contentis, ſentitur ſonitus vt aquæ currentis.

Si à cerumine, obſeruabitur cum inſtrumento auriculari, nec tangi poteſt miringa.

Si ſit ratione repletionis nauſeatiuæ ſtomachi, interpolatus eſt, & præceſſit aut crapula, aut ebrietas.

Si ratione matricis, tunc aut quia ſupprimuntur menſtrua, aut immoderate fluxerunt, ob quam cauſam cognoſco generoſam nunc viuentem grauiter audire.

Si ob imbecillitatem, præceſſerunt morbi.

Arcul. in 9. lib. alm. ca 37. Si ob ſenſus acrimoniã, tunc fit aut ex latitudine foraminis, aut paucitate tortuoſit. vel à tenuitate miringæ

miringæ, vel a ſuperflua humid. ex ſiccatione: & hæc dignoſcuntur partim per aſpectum in aurem, et partim quia apparet nulla alia cauſa præter naturalis, ſed præcipuè quia auditus magis læditur a fortibus ſonis.

Si verò a materia viſcoſa, non ſolùm vniuerſa præcedens victus ratio multum conducet ad inueniendam cauſam, quinetiam paulatim congregatur morbus, et percipitur grauitas.

Sonitus inueteratus difficillimè aut nunquam curatur, recens verò vel ex cauſa primitiua ſæpius. Prog.

In primis animaduertendum eſt, num morbus veniat, vel { capitis / totius corporis } vitio. Curatio.

Deinde vtrum a { naturali vel / præternaturali } cauſa pendeat morbus, vt exempli gratia, vtrum a materia viſcoſa, aut craſſo vapore in capite contento: vel ab apoſtemate in ipſis auribus: vel a mala compoſitione naturali, vt in nimia latitudine foraminis, vel non debita tortuoſitate, vel denſitate timpani.

Si verò per ſimpathiam totius corporis, vtrum ratione ventriculi, hepatis, et totius ambitus venarum.

Si enim morbus pendeat a craſſa & viſcoſa materia, euacuandum eſt corpus pilulis cochijs, pilulis arabicis et ſimilibus. Deinceps multum conducent ſternutatoria ſi quotidiè ieiuno ſtomacho admi-

nistrentur.

Sternutatorij formula.

℞. brodij pulli ℥i. succi blitis ℥iij. aquæ maioranæ ℥ij. olei amigd. dulcium ℥j. misce.

Posteà verò auribus ipsis pharmaca admouere, aut in forma saccellorum, aut in forma vaporum, vt exempli gratia. ℞. vini albi lib. j. in qua imponantur folia absinthij, sampsuchi, pulegij, hissopi, bulliant in vase diligentissimè clauso, et bis indies recipiet ægrotus vaporem per embotum siue arundinem.

Vel ℞. bethonicæ, sampsuchi, absinthij, et florum chamomeli, ana: imponantur omnia in saccello, qui calefactus, auribus applicetur: sequens etiam medicamentum multum profecisse vidi. ℞. absinthium viride, imponatur in medio panis, et in furno coquatur, vsque ad perfectam cocturam: deinde diuisus panis applicetur æqualiter vtrisque auribus, dum euaporare desinit, adhibito autem aliquo ex antedictis medicamentis, plurimum valet medicamentum sequens, ab *Auicenna* laudatũ, & per meipsum sæpius probatum, si in aurem imponatur. ℞. gariofilli, seminis porri, ana ʒ ß. musci gran. iiij. post impositionem autem huius medicamenti, obturentur aures bombace muscato.

Aliqui etiam laudant oleum amigdalarum, in quo incoquitur allium.

Aliqui laudant oleum rutæ, siue aneth. cum granis duobus castorei siue euphorbij.

Accepi etiam a fide digno, vxorem suam ab inueterato sonitu curatam fuisse postea quàm multa

medica-

medicamenta frustrà tentasset, sequenti medicamento, scilicet per impositionem grani vnius allij demersi in melle in oppositam aurem.

Si verò ab ascensu vaporum oriatur sibilus ventriculo frigidiore existente, hepate verò calidiore, purgandum est corpus hoc vel simili medicamẽto.

℞. sirupi rosarum solutiui cum agarico ℥iiij. decoctionis cordialis in qua steterint per noctem ℥iij. sænæ ʒ4. misce pro lenitiuo.

Deinceps duabus sequent. sirup. (vt exempli gratia, ℞. sirupi de absinthio mellis rosati, ana ℥i. aquæ cichorei ℥4.) venam iecorariam dextri brachij aperirem, & duabus diebus sequentibus, cum antedicta potione continuarem: tertio autem die hoc medicamentum darem. ℞ rhab. ʒ2. agarici ʒ1. senæ ʒiß. infundãtur in aqua endiuiæ huius infusionis ℥3. adderem sirupi rosati solutiui ℥3.

Posteà verò sternutatorijs & topicis vterer, prout antea enarratur.

Si verò ratione febrium proueniat morbus cessante febre, vt plurimum sedatur tinnitus atq; ideo interturbandus non est. Gal. Paul.

Si sit ob imbecillitatem, vt in conualescentibus, vtendum est restauratiuis, ablaturisq; auris cum decoctione absinthij. ablueturq;

Si ab apostemate, in orificio aurium curetur in hunc modum.

Primò ad sedandum dolorem, instilletur oleum è vitellis ouorũ, tepidũ tamen, illud enim oleũ non solum

ſolum dolorem lenit, ſed et apertionem accelerat, quod meo iudicio ſecurius eſt, propter præſeruationem auditus & cerebri, quàm inſenſibiliter reſoluere, quia auris eſt membrum quod inſeruit ad expellendum ſuperfluitates cerebri; feſtinanda igitur eſt maturatio cum mollificatiuis, & maturatiuis, intra aurem poſitis, et cum implaſtro ex mucilagine maluæ, altheæ, fænugreci, ſeminis lini, & decocti meliloti, cum butiro pingui ſupra aurem adhibito: iaceatq; ægrotus ſuper partem ægram, aliquoties ſternutando, & nares comprimendo, vel tuſſiendo: et cum maturum ſit apoſtema, ſi extrinſecus ſit perceptibile, leuiter perforetur idoneo inſtrumento, rupto verò apoſtemate, abſtergatur vlcus, cum ſtilo, in cuius extremitate apponitur pannus lineus in aqua mellis madefactus vel ſi opus ſit, inijciatur in aurem, cum ſiringia hydromel, vel vinum mellitum ter vel quater in die, vel in materia valdè viſcoſa, oximel ſimplex, vel ſcilliticum. Vlcere verò ſufficienter abſterſo, ſi opus ſit ſarcoticis, vtere mirrha et aloe tritis cum vino & melle, et intra diſtillatis, et cum elichnio, ad cicatrizandum autem nihil melius quàm balſamus martis ſine corroſiuis factus.

Notandum autem eſt, dum hæc agantur corpus euacuandum eſſe, & per medicamenta, & venæ ſectionem, & dietam attenuantem præſcribendam eſſe.

Si verò ab ira, vitentur accidentia animi moleſta, quæ præcipitant materias ad caput.

Si ex percuſſione ſiue caſu, confortandæ ſunt

aures

aures; sed vix curatur si fortissima sit causa.

Si a fame, euitandum est ieiunium.

Si a flatibus, qui fomentum non habent a materia viscosa, applicetur sacculus ex millio calefacto, sale, floribus chamomillæ, anthei, et modico furfuris, et intra aurem imponetur parum olei rutæ, cum granis duobus musci.

Si ob acuitatem sensus, quæ fit a causa naturali, vt a latitudine foraminis, vel ex simili causa, nunquã curatur morbus: sin ab exsiccatione humiditatis instillandum est oleum violarum, vel aliquod simile, ad obtundendum auditum.

De surditate & graui auditu.

Surditas est functio præternaturalis, dependens á frustratione auditus. Surdit. descrip.

Multæ et diuersæ sunt causæ surditatis, præcipuè autẽ duæ, id est, aut ipsa virtus, aut instrumentum. Causæ.

Si oriatur surditas vitio virtutis, tunc fit aut propter defectum spiritus animalis communis, aut propter defectum spiritus proportionati auditui.

Si verò vitio instrumentorum proficiscatur, tunc aut propter nerui auditorij obstructionem, siue densitatem, siue intemperiem frigidam, vnde virtus liberè radios suos emittere nequeat.

Aut propter tympani vitium, id est aut propter malã cõformationẽ, nempe naturalẽ densitatẽ, aut acquisitiam nempe per humiditatem, siue pituitam, vnde secundum magis et minus diminuitur audi-

eus.

Aut ab aliqua externa obstructione, vt in præcedenti capit. satis declaratum est.

Arnald. Aut ex vermibus in auribus natis.

Aut a bilioso humore ad superiora euaporante.

Si vitio virtutis communis accidat grauis auditus, patiuntur & alij sensus, vna enim est virtus omnium.

Signa. Si vitio virtutis determinatæ, propter angustiam transitus in neruo, tunc subito deprauatur auditus, sine tinnitu, sibilo, vel similibus.

Si ob intemperiem, pedetentim augetur.

Si vitio timpani, interiùs percipitur somnus, exteriùs verò nullus.

Prog. Si vitio virtutis communis proficiscatur surditas difficillimè curatur.

Si ob obstructionem, siue densitatem, in neruo auditorio, nunquam curatur, scribant quicquid volunt authores, neruus enim per angustos meatus progreditur, vt nullum medicamentum illuc perduci possit, cum malũ aliquantulũ inueteratum sit.

Si verò vitio timpani a viscositate humorum oriatur surditas, remanet aliqua spes.

Hip. Gal. Si a bile fluente, aluo sanatur morbus.

Cura. Si à vermibus, benè sperandum est.

Si vitio virtutis communis lædatur auditus, insistendũ est in victu copiam spirituum procreante.

Si ab obstructione, siue densitate nerui, nihil profecturum scio.

Si a vermibus, videndũ primò est num viui sint an mortui, si viui, inijciendum est laccum saccharo,

&

et inclinetur caput super aurem, aliquando enim egredientur, sin contra, interficiendi sunt succo absinthij, vel porri, vel cum suffumigatione seminis porri, & terebinthinæ per canulam intra aurem, clauso vase: deinde prouocetur sternutamentum naribus clausis.

Si verò e materia viscosa timpano adherente, siue ab vlla alia externa causa, recurrendum est ad prædictum capitulum, vbi omnia particulatim describuntur.

Hoc autem in hoc loco, notandum esse necessarium duco, nihil vtilius administrari in hoc morbo, quàm oleum picis, cum tantundem olei amigdalarum amarum, corpore in primis secundum artem exquisitè purgato, si proficiscatur a materia crassa, siue a crassis vaporibus, vt egoipse in me ipsnm sæpius probaui: ita tamen vt aures post impositionē huius medicamenti obturentur cum bombace moschato.

De Lippitudine.

Lippitudo, siue *ophthalmia* nihil aliud est, teste *Gal.* 4. de compositione medicament. secundum loca & lib. de differentijs morborum, quàm inflammatio tunicæ, os capitis, & caluariam ambientis, a medicis coniunctiuæ appellatæ.

Dolor cum rubro colore adnatæ tunicæ, ita vt aliquando in tumorem attollatur, lacrimæq; ex oculis refudant. Signa. Lippit.

Causæ huius morbi sunt, & { internæ / externæ } Causæ.

Internæ vt plenitudo totius corporis, ob quam ipsa agnata tunica repleta distenditur.

Aut acrimonia erodens, humorum influentium.

Aut crassi succi.

Aut spiritus flatuosi, teste *Gal.* 12. med. lippitudo enim est inflammatio siue phlegmon, eo modo dicta, quo generationem habet ex quauis redundante substantia.

Signa. Tral. lib. 2. cap

Si ex plenitudine totius corporis, sanguineus humor influxerit, et dictam inflammationem concitauerit, ne dum tunica, sed et facies rubrior et humidior erit cum venis latis, et aderit sensus grauitatis, nec non pigritia ad consuetas actiones: præterea temperamentum, ætas & victus ratio attestab.

Si ex acri humore proueniat morbus, corpus apparebit vitioso humore præditum, & nō plethoricum, lacrimæq; acres et ardentes, non solùm oculorum angulos, sed etiam malas vehementer molestabunt, et exulcerabunt, ita vt ægri quasi vri videbuntur, et maiori ex parte præcessit aut tristitia aut ira, aut curæ, insolitus vsus acrium, vel similia, temperatura biliosa.

Si ex redundante pituita, aderit grauitas vehemens, caliditas parua, rubedo exigua, & similiter quæ præcesserunt, & concomitantur, pituitæ siue melancholiæ redundantiam arguent.

Si verò ex flatibus oriatur morbus, extendetur agnata tunica, adeo vt rumpi videatur, vnà cum magno dolore, sed sine feruore, rosione, vehemēti grauitate, vel lacrimis aut saltem paruis, quamuis aliquando rubea videatur.

Si verò ab externa causa originē ducat morbus, ab

ægrotorum

ægrotorum relatu percipienda est.

Lippitudo si methodicè tractetur facilè curabitur. Prog.Hip.li.2. Præd.Gal.2. Meth. li. aph. 11.3.apho.17 lib.6.

Magna autem cura habenda est, propterea quòd multi confuse vsq; ad vitæ finem viderunt ex errore circa curationem commisso.

Lippientes alui profluuio corripi bonum.

Permaneat æger in aere temperato, obscuro sine fumo, & vento cum oculo non solum morboso sed etiam sano clauso, vnius enim commotio inquietat alterum. victus ratio.

Dormiat ægrotus quantum potest quia per somnum quietantur omnes humores, perfecta enim est quies, & animi, & corporis: dormiatq; ægrotus capite eleuato super ceruice aut latere oculi sani, & nequaquam super oculo ægro, vt aluum lubricum habeat omnibus modis conetur, ne se exerceat, ne loquatur: vitet omnia animi accidentia, sit dieta tenuissima & frigida, vnde cibum minuat, imo cœnam aliquando omittat à vino, rebus dulcibus & carne per totum morbi tempus abstineat, ab euaporantib. caueat, sicut aceto, & simil. hæc dico in cura generali, & methodica secus autem aliquando in cura coacta.

Præordinato regimine victus vt antea dicitur. Curatio.

Si sanguis peccet, vt causa principalis quemadmodum in lippitudine sanguinea, euacuandus est sanguis, teste *Auicenna*, vsque ad timorem lypothimiæ.

Si verò peccet sanguis vt causa adiuuans, detrahendus etiam est, sed parciùs.

Si verò moleſtet vt cauſa ſine qua non, ſecanda etiam eſt ſed moderatè.

Sed è quo latere aperienda ſit vena, dubitarunt aliqui.

De quo dubio ſecundùm mediocritatem ingenij mei, ſententiam meam proferam.

Si igitur intentio medici ſit, materiam iam fluxam euacuare, aperiatur cephalica eiuſdem lateris: ſi materiã fluentẽ diuertere, oppoſiti lateris ſecetur vena: ſed præter flebotomo, iammultùm cõducit, ventoſas ſub occipite affigere, & materiam per ventris ſolutionem diminuere, in bilioſa materia cum decoctione fructuũ mannæ, & elect. de ſucco roſarum immixta ſiue craſſa cum pilulis ſine quibus eſſe nolo, pilulis aſſaieret, cochijs, vel ſimilib. ſecũdum iudicium præſentis medici.

Corpore in hunc modum exquiſitè euacuato, applicanda ſunt emplaſtra repercuſſiua fronti & temporibus, ex aqua roſarum, aqua ſolani, aceto, albuminibus ouorum cum bolo armenio, ſanguine draconis, terra ſigillat. & ſimilibus; intrà oculũ autẽ niſi maxima vrgenti neceſſitate per vnũ aut alterũ diem nullum repercuſſiuũ imponerem ſed nuchas panis in aqua roſarum infuſas, vel poma cocta in aqua roſarum poſtea vero vere ſequenti collirio. ℞. tutiæ præparatæ, ʒ 1. aquæ roſarum albarũ ℥ 2. albumen vnius oui cocti, aquæ plant. ℥ 1. ſtent omnia in infuſione per ſpatiũ 24. horarum, deinde cũ occaſio poſtulat. ℞. huius infuſionis coclearia duo lactis muliebris coclearium vnum: miſce, & tepidè inſtilletur intrà aurẽ, remoueaturq; ſingulis tribus horis,

horis, absterso prius oculo, si opus sit.

Sunt autem qui prima facie videntur affirmare medicinas intrà oculos actu frigidas imponendas esse, sed melior opinio, vt mihi videtur, & vt experientia omnium artium magistra docet, hæc dicta doctissimorum virorum intelligenda esse & vera esse in conseruanda sanitate oculi sed minime in curatione: sed ad propositum. Mesues, Arcul. & alii.

Post quatuor dies si causa postulet, vtile etiam est vti sief. alb. rhasis sine opio, & sarcocolla cum aqua rosarum, & lacte mulieris pituitosæ, post septimũ verò cum sarcocolla, & aqua feniculi, imo in vehementissimo dolore vti possumus cum opio in ipso principio: sed quia interdum accidentia & virtutis imbecillitas curationis ordinem præuaricat, ideo omnia referenda sunt ad iudicium præsentis medici.

Sed si ophthalmia veniat à causa externa, vt à percussione, corpore vt antea ordinato desuper oculum applicandum est albumen oui conquassat. cũ aqua rosarum, & intra oculũ imponendus est sanguis columbinus tepidus, vel gutta vna siue altera mellis clarificati vel sacchar cand.

In alijs verò, ex causa primitiua cum contrarijs applicitis remoueb. Vt exempli gratia, si ob radios solares vel lunares ne egrediatur foras. Si propter esum euaporantium, vt cæparum vel simil. abstineant ab his.

Si à nimia vini potione, à vino abstineant.

Sed obijciet forsan aliquis Hypocratem enumerasse vini potionem inter medicamenta lippitudi-

tudini accomodata, sed quando, & in quo casu bibendum est, dilucidè exponit *Gal.* aphor. 31. sexti libri, ideo illuc recurre.

De Cataracta siue suffusione.

Cataractæ descrip. Cataracta est effusio humorum concrescentium inter vberem (vuam) siue papillam, & corneam tunicam qua obstruitur rhagoidis foramen.

Sed de loco cataractæ multum discordes fuere authores, vt patet per Azarab. Haliab. Albuc. & alios, sed hæc vt videtur est melior opinio.

Causæ. Humor inutilis superabundans, vel vapor ab inferior. qui receptus in caput et ibi incrassatus transit in excremētum, duplex igitur causa huius morbi, vna quæ prouenit essentialiter à capite.

Altera à vaporibus sursum elatis ab inferioribus partibus.

Signa. Quando confirmatur morbus satis manifestè apparet per impedimentum visus.

In principio verò multæ apparent hallucinationes ante oculum, & similia.

Si primariò accidat, perpetuus est morbus, & in vno oculo incipit.

Si per sympathiam vterq; oculus æqualiter afficietur, & symptomata visionis intermittunt, nam dum male concoquit ventriculus apparent visiones, cum bene concoquit, nequaquam.

Curatio. Si cataracta confirmata sit, non curatur nisi per manualem operationem, cuius descriptionem qui cupit, legat *Pauls*, lib. 6. cap. 12. vnà cum Arculano hi

hi enim dilucidè demonſtrant operandi viã,& deſcribunt inſtrumenta.

Curatio verò cataractæ non confirmatæ hiſce remedijs abſoluitur.

Inprimis purgato corpore ſecundum neceſſitatem cauſæ, adhibenda ſunt alia remedia in hunc modum.

℞. Sem.feniculi, aniſorum ana,℥ 3.euphraſiæ, verbenæ,roſarum ſiccarum ana,m. 3.,chelidoniæ, m.1.rutæ,m. 1.ß.bulliant ad medietatem & facta diligenti expreſſione, fiat ſirupus, huius accipe ℥ 2. aquæ euſragiæ, & feniculi ana,℥ 1 ß. vtere vſque ad finem ſirupi, & dum hæc aguntur imponantur intra oculum aliquot ex ſequentibus medicamentis. Mont.

℞.Vrinam pueri impubis ,ad placitum ſeruetur in vaſe idoneo per ſpatium octo aut decem dierum, deinde euaporetur ſecundùm artem, huius accipe ſalis ℥ 2. muſci ʒ ß. & parum huius pulueris imponatur bis in die naturali in oculo, vel

℞ Verbenæ, Rutæ, Chelidonię, Roſarum, Euphragiæ, Feniculi. Bethonicæ, Saluiæ, ana,m.8. Sileris mont. Pulegij. ana,m.1.

Diſtillentur poſt digeſtionem in balneo, & in ſole inſoletur per menſem.

R Vel

Vel, ℞. 3 oua recentia, imponantur in ollam optimè clausam cum aceto fortissimo, collocetur subter terram per spatium trium dierum postea separetur acetum, & recens infundatur, & tribus diebus interpositis iterum renouetur acetum, & sic vsque ad nouem dies progrediendum est, hoc facto pungantur acu oua prædicta, & exibit aqua clara quæ reposita in vitro optimè obturato sæpe intra oculum affectum instillanda est.

Si verò periculum sit suffusionis sed nulla adhuc apparet, euacuato corpore instilletur parum sequentis medicamenti.

℞. mellis optimi lib. 1. piperis rotundi ℥ 1. digerantur per sex dies, in balneo tepido distillentur, & ad vsum reseruentur.

Victus ratio. Caueat ægrotus ab aere nocturno, & à frigiditate capitis, vitet euaporantia ad caput, lacticinia, legumina, & pisces & præcipuè barbones, & cancros qui à proprietate (teste Montano) nocent oculis.

A vino dulci abstineat, & det operam vt alnum leuem habeat: pilulis etiam de hyera *Galeni* semel in septimana vtetur.

De

De debilitate visus.

Tripliciter læditur visus, scilicet, { Diminutè, Corruptè, Ablatè. } Arc.

Quæ species subdiuiduntur.

Aliqui enim malè vident de propè, & bene de longè, quia spiritus visiui sunt crassiores, atq; ideo magis illustrantur per aerem. Mont. Clxxx.

Aliqui verò è contra malè de longè, & bene de prope vident, quòd fit vel ratione organi vel ratione spirituum, vel ratione consuetudinis.

Ratione organi, aut, { Propter eminentiã oculorũ, Immoderatam nigredinem oculorum. }

Ratione spiritus, aut propter { Subtilitatem, Paucitatem. }

Ratione consuetudinis, vt in literatis.

Quidam verò de propè, & longè malè vident, Vt illi qui paucos, obscuros, nimis grossos aut subtiles spiritus habent. Arc.

Aliqui etiam cum incipiunt bene vident, at postea diminutè, hi autem paucos & crassos spiritus habent, qui nõ possunt ad longum tempus diffundi siue dilatari.

Aliqui etiam res albas & lucidas bene, nigras malè vident, & bene in claro, male autem in obſcuro, vt illi qui craſſos et obſcuros habent ſpiritus.

Aliqui ſunt, qui non poſſunt videre niſi ſemiclaudant oculos, vt qui claros habent ſpiritus.

Aliqui autem putant ſe videre duo, quando vnum ſolummodò obijcitur: vt ego ipſe in generoſo quodam cognomine Hungat vidi, quod contingit aut ex inordinato motu ſpirituum deferentium ſimulacrum rei viſæ vt in ebrijs, iratis, aut in his quibus contuſum eſt caput.

Aut ex parte humiditatis, ſeu vaporis ſeparantis ſpiritum viſibilem in duas partes, et hæc ſeparatio poteſt eſſe aut ante criſtallinam, aut in criſtallina, aut poſt ipſam.

Aut quia vnus oculus magis contrahitur quám alter, vnde propter breuitatem viæ citius defertur rei viſæ proportio ad ſenſum communem per vnũ quàm alterum neruum, et ſic prima proportione non corrupta ſubſequitur ſecunda.

Aut propter ſpaſmum neruorum, quia non vniuntur.

Aut ex oculi contorſione vel ſimilibus, cauſæ verò ablatæ viſionis, aut in ipſo oculo, vt in præcedentibus capitibus declaratur, aut in obſtructione neruorum opticorum referendæ ſunt.

Sed quia oculus aliquando patitur per eſſentiam capitis, aliquando per conſenſum ſtomachi, et aliarum partium: aliquid de ſignis & differentijs dicam.

Si viſus patiatur primario à capite ſecundum plurimum non ſolum viſus ſed omnis ſenſus læditur.

Si ab obſtructione neruorum opticorũ lædatur viſio, hoc modo dignoſcitur, quia ſi vnus oculus claudetur dilatabitur immediatè pupilla alterius, ſin minus contrà.

Præterea vbi caput tanquã cauſa principalis peccat, aut præceſſerunt vel adſunt diſpoſitiones maximè in anteriori parte.

Si propter ſympathiam indicatur, vt duobus præcedentibus capitulis dictum eſt, ideo ſuperfluum recenſere.

Aqua excellentiſſima & à me ſæpius probata ad renouandam viſionem diminutam.

℞. Tutiæ præparatæ ʒ 3.
Aloe epaticæ,
Sacchari albi ana ʒ 2.
Aquæ roſatæ,
Vini albi ana,
℥ 6.

Miſce omnia, & reponantur in vaſe vitreato optimè obturato, & collocetur in ſole per ſpatium menſis, & de hac aqua mane & ſero imponatur gutta vna ſiue altera.

Sæpius etiam expertus ſum aquam ex hepate hircino cum reliquis ingred. à *Iohanne de Vigo*, deſcriptam multum profuiſſe.

Sed hoc notandum eſt, nullas harum aquarum adhibendas eſſe, vbi diminutio viſus pendeat à plenitudine corporis, ſiue craſſitiæ ſpirituum ratione pituitæ, vel ſimil. niſi corpus diligentiſſimè euacuetur ſecundum iudicium præſentis medici.

De lacrimis oculorum.

Morbus de quo hoc in loco tractaturus sum, est vbertas humiditatis aquosæ, quasi continua circa oculos, imò sæpius cum fluxu lacrimarum extra oculos.

Causa duplex, primitiua et materialis.

A primitiua verò oritur, vt ab omni causa rarefaciente, liquefaciente et debilitante contentiuam musculorum in oculorum angulis, vnde dilatatis poris, fluit humiditas per oculũ, potest etiam constrictio cerebri esse causa lacrimarum, ex occurenti frigiditate, vnde maior humiditas, quàm pro oculi conseruatione conuenit, per eosdem meatus defluit.

Aliquando etiam a carnositatis abscisione, in oculorum angulo.

A causa materiali, id est, aut ob debilitatem contentiuæ, scilicet illius carnis, aut humiditatem siue debilitatem cerebri.

Prog. Lacrimæ ex causa primitiua, præterquam ex abscissione carnis lacrimalis curabilis est.

Signa. Signa causarum primitiuarum manifesta sunt, signa debilitatis, contentiue vel humiditatis habentur ex priuatione et positione causarum corporaliũ.

Curatio. Purgetur corpus, et caput, vt in antedictis capitulis dictum est, et applicentur restrictoria circa anteriorem partem capitis, in hunc vel similem modum facta.

℞. gum. dragaganth. ℥i, dissolue in sufficienti quātitate

titate aquæ rosarũ, in dissolutione imponantur boliarmeni ℨi. calcis de testibus ouorum ℨ. 3. fiat mixtura.

Intra oculos autem imponatur aliquod ex sequentibus.

℞. aloem puluerisatam, suspendatur in aqua rosarum.

Vel ℞. tutiæ præparatæ, corticum ouorum præparatorum, aloes optimæ, ana ℨi. inuoluantur in panno lineo, et fiat pila, infundatur in aqua fenicu- li suspensa cum filo, postea sæpe exprimatur ea pila in oculos.

Si verò fluxus fiat per internas venas oportet tum inedia, tum frequenti purgatione humores exiccare, roborandumque est cerebrum, et per interiùs et per exterius.

De dentium dolore.

Dentes afficiuntur pulsante dolore, teste *Gal.*

Causa autem aliquando existit in ipso dente, aliquando in neruo qui ad dentium radices peruenit a tertio pari neruorum cerebri, aliquando in ipsa gingiua sibi adherente. Gal. lib. 5,

Causæ verò aliquando externæ, aliquando internæ. Causæ,

Externæ, vt ex occursu aeris frigidi repentinè imprimentis, vel ex comestione acetosorum.

Aliquando etiam fit dolor ex introitu alicuius rei inter dentem et dentem, vt ex frusto squammæ piscis vel simil.

Ab

Ab interna verò causa vt ab humoris affluxu qui vel gingiuas inflammat, vel radices dentium infestat, vel a vermibus.

Prog. Dolor dentium ratione simptomatum est maioris momenti, quám dolor capitis, teste *Gal.* lib. 1. χ. τόπ.

Signa. Quoad signa differentiarũ a loco affecto oportet cognoscere an sit dolor in gingiuis vel in neruis dẽtium.

Si enim dolor sit in gingiuis, aderunt signa inflammatæ gingiuæ, et dum comprimuntur gingiuæ digitis, intensior reddetur dolor, si verò dolor sit in neruo, contra fiet et dolor sentietur profundus.

Curacio. Si a vermibus, percipietur quædam titillatio circa dentem, & perforatus est.

Duplex est curatio, vna quæ remouet causam vná cum morbo, alia quæ mitigat dolorem.

Ad remouendam causam necessarium est vti euacuatione corporis, & per venæ sectionem, & per pharmaca secundum diuersitatem causarum, & iudicium præsentis medici.

Ad mitigandum autem dolorem aliqua remedia approbata describam.

Si dolor veniat ab humore, hisce remedijs vtetur ægrotus: imponat primó parum mastich. super corium, vel aliquod simile emplast. cum pistello calido, ad locum consuetum, supra oculum eiusdem lateris acerbiús dolentis, deindè accipiat ℥i. aquæ solani somniferi, in qua distilletur oleum vitrioli, tantum quantum valet ad reddendam prædictam

dictam aquam acidam, & cum hoc obliniatur locus dolens, vel vtetur sequenti omnium probatissimo. ℞. senecionis q. vis: tundatur & exprimatur succus, deinde recipe tantum panem manducatū, vt pars oris acerbius dolentis vllo modo recipere possit, et impone succum prædictæ herbæ in aure eiusdem lateris, et iaceat ægrotus super illud latus, os apertum tenens, vnde humor abundè exibit, & cum panis incipiet ingentissimè humectari expuatur, et sumatur alius: neq; potest esse aliquis tantus dolor quin huic medicamento cædet.

Si veró dolor ratione vermis fuerit, fiat suffumigin. ex semine cepæ, & porrorum cum semine hiosquiami, & educetur vermis.

In dolore d[illegible] remedium probat[illegible]

De mobilitate dentium.

Mobiles fiunt dentes triplicem ob causam, id est, aut ob defectum alimenti, aut ob nimiam nerui humiditatem, aut ob vitiosos succos.

Ob defectum alimenti, vt in senibus.

Ob nerui humiditatem, vt in magnis distillationibus quæ substernuntur radicibus dentium.

Ob vitiosos succos, vt in morbo gallico.

Dentium mobilitas in senibus non curatur.

Si dentes ab humiditate mobiles fiant, adstringentibus confirmabuntur.

Si ob vitiosos succos, vt in morbo gallico, inprimis remouendus est morbus, deinde gingiuæ iterum renascentur.

Ad dealbandos & conseruandos dentes.

Primò vitētur corruptiones cibi et potus in stomacho, nec non cibaria grossa, viscosa, dulcia, & quæ ad frangendum sunt dura, et omnia stupefacientia, neq; comedat aliquis res vehementis frigoris post assumptionem calidi, neq; vehementer calida post frigidi assumptionem: præterea vitentur res dentibus ex proprietate nocentibus, vt sunt porri, mundificentur dentes semper a cibo, deinde lauetur os cum vino.

Ad dealbandos verò dentes, optimè inseruit aqua Fiorauanti, ex sale, gemma, sulphure, margaritis, borace, & aceto distillato fabricata, vel radix bismaluæ diligentissimè mundata, & in partes longas diuisa, et in aqua, sale, & allumine, cocta cum paruo ireos: deinde in furno exiccata, cum qua fricentur et purgentur dentes.

De ornatu mulierum.

Quoniam multæ mulieres desiderant miris & multis modis faciem suam pulcherrimam reddere, vt gratiam etiam cum illis conciliem, optima aliquot experimenta describam, & sic finem huius opusculi faciam.

Deturpatur facies aliquarum mulierum, aut propter retenta menstrua, aut propter fumum sanguinis incensi, vel humoris melācholici, aut propter ardorem solis.


Si igitur cauſa ſit humor melancholicus, euacuetur, vt in capitulo de melancholia demonſtratur.

Si propter fumum ſanguinis incenſi, fiat minutio de cephalica, & mundificetur ſanguis cum rebus appropriatis, videlicet cum decoctione, vel potius ſucco fumiterræ & ſimil. deinde ad mundificandam faciem vtantur, hoc vnguento ab Arnaldo deſcripto, & à me ſæpius probato. ℞. ſucci maliterræ, ſucci ireos, ſucci cucum. agreſtis, ſucci brioniæ, ſucci matriſſiluæ ana, lib. 1. mellis deſpumat. ℥ 5. armon. al. ℥. 3. capitelli fortiſſimi lib. 1. bulliant, hæc omnia ſimul vſque ad ſuccorum conſumptionem, & cum ferè coctæ fuerint adde fel bouinum, & puluerem ſpecierum ſequent. ſuperaſperge.

℞. oſsis ſtepiæ, zing. hermod, ariſtoch. long. & rotund. lentic. bor. arm. cryſtalli, ſemulæ gran. tinct. tragagant. entali, & dentali, belliculi, ſem. ſinapi al. omnium puluerif. ana, ʒ 2. fiat vnguentum de quo facies ſero inungatur quia potentiſsimum eſt ad omnia prædicta, prius tamen lauari debet facies cum aqua roſar. Sed quia aliquæ dominæ deſiderant facies pulcherrimas reddere, ideo in earum gratiam ſecretum omnium aliorum ſecretiſsimum reuelabo. Comburatur ſuperficies alba cornu cerui proiecto nigro quod eſt intus, & pulueriſetur, & fiat ceruſa vt ars præcipit huius ceruſæ. ℞. ℥ 2. ceruſſæ de riſo, ʒ 6. miſceantur cum pauc. borace, & diluantur cum aqua roſarum, vel potius cum aqua albuminum ouo-

rum, & lauetur facies ſero & mane, deinde interpoſita dimidia parte horæ abſtergatur facies cum aqua auenæ, deinde madefac ſubtiliſsimum pannum lineum in diſſolutione talc. & leuiter fricetur facies. Qui verò non habent talchi diſſolutionem, à me habebunt, & hic omnium aliorum præſtantiſsimus fucus eſt pro magnis dominabus.

FINIS.



ELENCHVS AVTHORUM qui in isto opusculo, de capitis præcipuis *affectibus*, *citantur*.

Ætius.
Alexander.
Trallianus.
Andernacus.
Altimarus.
Arculanus.
Aristoteles.
Auerrhoes.
Auicenna.
Areteus.
Actuarius.
Arnaldus de villa noua.
Azarau.
Albucasis.
Auenzoar.
Cassius.
Cornelius Celsus.
Capiuaccius.
Dioscorides.
Erastus.
Fernelius.
Fiorauant.
Galenus.
Hipocrates.
Iohannes Baptista.
Montanus.
Iohannes Langius.
Marcellus Empiricus.
Mattheus de gradi.
Nicholaus Massa.
Oribasius.
Paracelses.
Paulus Ægineta.
Rufus Ephesius.
Rhases.
Rondeletius.
Scribonius Largus.
Trincauelius.
Vigo.

Index.

FINIS.

Errata.

Folio tertio, a linea 16. nisi sit infantibus, pro nisi sit in infantibus. Fol 6.b.lin.9. purgitiuius, pro purgitiuus: Fol: 8, a, linea 9, sirupi violati. ℥ ß pro ℥ I ß, & eodem folio, linea 17: rhab. electi ʒ 4. pro ℈ 4. Fol a, lin.26. proficitur, pro perficitur. Fol. 10. a, lin. 18. cu. pro cum. Fol. 11. a, lin. 16. veniæ, pro venæ. Fol. 12. b lin 17 vetite, pro vetet. Fol. 14. b. lin. 9. nouum, pro nonum. Fol 15. a. lin. 17, vel balneo, pro vel è balneo. Fol. 16. a, lin. 25 facchare, pro facchar o. eodem, b, lin. 10. comesialis, pro comesialis. Fol. 17. a, lin. 4. vtuntur, pro & vtuntur. Fol. 19. a, lin. 26 rorismarina, pro rorismarino, eodem, b, lin. 9. incipibat, pro incipiebat, & lin. 21. vltiorem, pro vlteriorem. Fol. 20. a, lin. 2. coitũ, pro coitu. Fol. 21 b, lin. 4. vesticatorium, pro vessicatorium. Fol, 22, a, lin. 26. lineã, pro tineam. Fo. 23. b, alin. 14. in aqua. pro in qua. Fol. 24. b. lin. 19. quadam, pro quædam. Fol. 25 a, lin 6 noctit, pro noctis. Fol. 27. a, lin. 10. inferiorum, pro inferiarum. Fol. 29. b, lin. 1 supera, pro super: & lin 2. cucurbicula, pro cucurbitula. Fol. 30. a, lin. 10. aliter, pro alter. Fol. 32. a, lin. 21. ob stomachi, pro ob os stomachi. & eodem, b, lin. 1. vide, pro vnde, & lin. 8. permissione, pro permistione. Fol. 33 b, lin. 8 tum modico, pro tum immodico. Fol. 35. a, lin. vlt. confectionis ℥ ß, pro confect Hamech ℥ ß. Fol. eodem b, lin. 12. Narenio, pro Nardino, & lin. eadem, aguina, pro agnina. Fol. 36. a, lin. 2. spinicia, pro spinacia. Fol. 37. b. lin. 11, miringani, pro miringas. Fol. 45. b, lin. 10, singulares, pro iugulares, & lin. 19, aliqua pro aliqui cucurbiculam, pro cucurbitulam. Fol 49, a, lin. 15, humanao, pro humano, & lin. 16, immediate cibo, pro immediate a cibo, Fol. 53, a, lin. 3, sin ab interna, pro sin nulla talis sit ab interna, & lin. 16, melantium, pro melanthium. eodem, b, lin. 18, materia, pro materiæ, & lin. vlt. suppor, pro suppur. Fol. 54, a, lin. 6, retenta, pro retentæ, & lin. 29, materia, pro materiæ. Fol. 55, a, lin. 16, vtrum materia, pro vtrum a materia. Fol. 56, a, lin. 25, ablaturisq;, pro abluiturq;. Fol. 57. a, lin, 5, anthei, pro anethi. Fol. 58, a, resudant, pro resudant. Fol. 59, b, lin. 10, flebotomo iam, pro phlebotomiam, lin. 14, immixta, pro in mixta, lin. 25. vtro vere, pro vero vtere. lin. vlt. aurem, pro oculum. Fol. 60. a, lin. 10, siest, pro sief. eodem, fol. b, lin. 5, vberem, pro vuam. Fol. 62, b, lin. 3, obscurot habens, pro obscuros habent. Fol. 63, a, lin: 27, crassitia, pro crassitiæ. Fol: 65, b, lin: 6, calida, pro calidas: Fol: 66, a, lin: 17, stediæ, pro sepiæ, & lin: 18, crysalli, pro cristalli.